d genũ ꝛ pauperẽ: ꝓ nocte vo
e erit q̃si fur. Oculus adulte/
f g h i k l m n o p q teri obseruat caligine/dicẽs: nõ me videbit oculꝰ: ꝛ operiet vultũ suũ. Perfodit i tenebris domos/ sicut in die condixerant sibi: et ignora/

r uerũt lucem. Si subito ap/
s paruerit aurora: arbitrant
t umbram mortis: ꝛ sic in te/
v x y nebris quasi in luce ambu/
z lant. Leuis est super faciem
a aq̃. Maledicta sit pars eiꝰ
b in terra: nec ambulet per vi/
d am vinearũ. Ad nimium ca
lore trãseat ab aq̃s niuis:

Ps.89.

Est mane

- Prosperitatis. Eccs .x.c. Ve terre cuius rex puer est: ꝛ cuius principes mane comedunt.
- Dominicę resurrectiõis. Esa.xxj.d. Venit mane ꝛ nox: si q̃ritis/ q̃rite ꝛc.
- Mundi.ſ.prima ętas. Matth.xx.a. Sile est regnũ cęlox homini pifamilias /q̃ exijt primo mane ꝓducere operarios in vineã suã ꝛc.
- Hominis.ſ.infantia vel puericia. Ps. Mane sicut herba trãseat: mane floreat ꝛc.
- Salutis.ſ.incarnatio christi. Exo.xvj.b. Dabit vobis dominus vespe carnes edere: ꝛ mane panes in saturitate.
- Temporis.ſ.ortus solis. Marci. vlt.a. Valde mane vna sabatox ꝛc.
- Peccatoris.ſ.illuminatio gratie/seu initiũ pęnitentię. Osee.vj.a. In tribulatione sua mane consurgent ad me.
- Eternitatis.ſ.dies iudicij. Ps. Mane astabo tibi ꝛ videbo: qm̃ nõ deus ꝛc.

Ps.5.

Hec quattuor.ſ.euigilatio/ opandi inchoatio/finis noctis/ initiũ diei: i q̃libet istox mane attendũt. Sequit: d Per noctẽ/tpis ad lram: vel aduersitatis: e Erit q̃si fur/occulte decipiẽs.q.d. vbi nõ audet manifeste hereticꝰ seminare errorẽ suũ/occulte insidiat. Vl sic ꝑm Gregꝰ. Hereticꝰ i ꝓsperitate positus/apte simplices ꝛ hũiles deprimit: in aduersitate ꝓo ꝛ dejectiõe positus/ꝓ iniq̃ ꝓsilia latenter lędit. De q̃bus dr Wich.ij.a. Ve q̃ cogitatis inutile/ꝛ operamini malũ in cubilibꝰ vr̃is: in luce matutina faciunt illud/qm̃ ꝓtra deum est manus eoꝝ. Similiter faciunt q̃dã mulieres/i iuuentute sua seipsas ꝛ multos alios interficiunt/manifeste luxuriantes: in senectute ꝓo ꝓ iniqua ꝓsilia quasi mediatrices alias ꝛ alios interficiũt. f Oculus adulteri: ad litterã: g Obseruat caligine.i. tenebras q̃rit: vt liberius peccet: Juxta illud Joh.iij.c. Qui male agit/odit lucẽ. Vl adulter dr quersus p̃dicatoꝝ/siue hereticꝰ: q̃ ꝓ sacrã p̃dicationem nõ q̃rit deo filios generare/ꝫ scientiã suã ostentare. Et sicut adulter nõ q̃rit in coitu ꝓlẽ/ꝫ voluptatẽ/ ꝛ carnẽ alienã sibi illq̃t illicite: Sic hereticꝰ fidelẽ animã i suo rapit errore. De his dicit apls.ij. Cor.ij.d. Nõ sumꝰ sicut plurimi / adulterantes verbũ dei.i. ꝓ laude sua/nõ ꝓ salute aiaꝝ/aut glia dei/ p̃dicãtes. Dicit g̃: Oculꝰ adulteri.i. intẽtio hereticorum: obseruat caligine.i. q̃rit inanẽ gloriã. Vl obseruat caligine.i. dissimulabit se ꝛbis ꝛ habitu ꝛ victu religiositatis: h Dicẽs/apud se: i Nõ videbit me oculꝰ: homo. k Et operiet vultũ suũ.i. coꝝ suũ/ne cognoscat. Sicut adulter opit vultũ suũ/ad lram/ne cognoscat: ita q̃libet peccatoꝝ vultũ hois exuit/induẽdo facie lupi ꝓ rapacitatẽ: leonis ꝓ supbiã: vsi ꝓ castrimargiã: porci ꝓ luxuriã: ꝛ sic de aliis/ne cognoscat a dño in die iudicij. Vñ talibꝰ dicturus est: Amẽ dico vobis/nescio vos: Matth.xxv.a. qz vultũ meũ ꝛ imaginẽ exuistis. l Perfodiũt/tales adulteri.i. hereticorum: m In tenebris/ignorãtię vl aduersitatis: n Domos.i. pciẽtias/vl ecclias fideliũ: o Sicut i die/ꝓspitatis: p Cõdixerãt.i. venerãt/vt deciperẽt simplices.q.d. Hereticorum iustis ꝓspantibꝰ/prava suadere nõ audẽt: ꝫ q̃si ex ꝓdicto p̃stolank/vt aliq̃d aduersitatis patiank: Et tũc dicũt eis hoc accidisse ꝓpter pctã sua/ ꝛ malã fidẽ eoꝝ: ꝛ sic ex aduersitate bonoꝝ mẽtes ꝓfodere moliũt. q Et ignorauerũt lucem: gr̃ę vel sanę doctrinę. De hoc dr Prouerb. j.b. Insidiemur sanguini: absc̃odamꝰ tenduculas ꝓtra iusontem. Vel sicut de homicida/q̃ de die interficit ꝛ ꝓ noctẽ insidias parat: Sic de his q̃ in tenebris fodiũt: ꝓ die ꝓo machinas parãt: ꝛ sic sp peccãt. r Si subito apparuerit aurora ꝛc. q.d. tales de nocte vagãtes dolẽt ad ortũ auroꝝ: qz qui male agit odit lucẽ: ꝛ nõ venit ad lucẽ/vt nõ arguank opa eiꝰ: Job.iij.c. Eph.v.c. Omnia q̃ arguunt/a lumine manifestabunt. Vl sic de hereticis: Si subito ꝛc. q.d. hereticj gaudẽt de aduersitate bonoꝝ: Si aũt subito apparuerit auroꝛa.i. si iustus aliq̃ potestate vel dignitate claruerit: s Arbitrank vmbrã mortis/ sibi imminere. i. de ꝫ dolẽt vlq̃ ad mortẽ: qz tũc nõ audẽt loqui. Quia sic dr Prouerb.xx.b. Rex q̃ sedet in solio iudicij sui: intuitu suo dissipat oñe malũ. Vl ideo dolẽt: qz q̃ puerse egerũt/puniri timẽt / ꝛ corrigi nolũt. Vñ sequit: t Et sic i tenebris/pctoꝝ: v Quasi in luce: iusticię: x Ambulãt. Ac si dicat: Ita gaudẽt in nocte pctĩ/ac si eos lux iusticię circũfundat: Vel in p̃senti cęcitate ita lęti sũt/ac si iã ętern̄ patrię luce pfruank. Prouerb.xxj.a. Lucerna impioꝝ pctm̃. Jtẽ in eodẽ.xv.c. Stultitia gaudiũ stulto. y Leuis est. Dutak numerꝰ: a plurali trãsit: vl redit ad singularẽ: In q̃ notak q̃ ꝓfusa est vnitas maloꝝ. Dicit g̃: Leuis est. ſ. hereticus. i. instabilis. Jacob.j.b. Vir duplex aĩo/icõstãs est i oibꝰ vijs suis. Eccj.ij. c. Ve duplici corde ꝛ labijs sceleſtis/ꝛ manibꝰ malefaciẽtibꝰ/ ꝛ pctori ingredienti terrã duabꝰ vijs. Vl iniquus q̃libet/leuis est: z Sup faciẽ aquę. i. plus q̃ aqua in supficie: qz ad omnẽ flatũ tẽptatiõis statim dejcit. Sap.v.c. Spes impij tanq̃ lanugo q̃ a vẽto tollit: ꝛ tãq̃ spuma gracilis q̃ a procella dispgit/ꝛ tãq̃ fumus q̃ a vẽto diffusus est. a Maledicta sit pars eiꝰ in terra. i. quã habet in terra: qz nec donis p̃sentis ꝓspitatis cõpescat a malo: immo peior efficit. Hec pars maledicta est: qz etsi iniquus vl hereticus ad tps bñdicit bñdictione sinistrę: in reatu tñ eternę maledictiõis tenet. Vñ Prouerb.xx.c. Hereditas ad quã festinat in ꝓncipio: in nouissimo benedictione carebit. b Nec ãbulet/ hereticꝰ: c Per viã vineaꝝ. i. ꝓ rectitudinẽ fidei ecclię: q̃ est vinea/ vbi vmbra. i. quies/ vbi odor. i. fructꝰ: q̃ nihil habet hereticus. Et hoc dicit iob nõ impcando/ꝫ p̃dicendo/ vl diuinę iusticię ꝓsentiendo. d Ad nimiũ calorẽ transeat ab aquis niuis. Qd malus est: ad lram: impij in inferno/de pęna trãsibũt ad pęnã. Eccj.xxxix.d. Ignis/grando/ fames ꝛ mors: oia hꝫ ad vindictã creata sunt. Vl sic: Ab aquis niuis. i. a timore male humiliante: trãseat ad calorẽ nimiũ. i. ad amorẽ male accẽdẽtẽ: vt sic ruat de pctõ i pctm̃. Et hoc est qd̃ sup dixerat: Leuis est. Vl sic: Trãseat ab aquis niuis. i. a frigore infidelitatis vel iniquitatis: ad calorẽ nimiũ. i. ad nimiã subtilitatẽ. Sępe em̃ hereticj vl inqui/dũ iniqtates declinãt: venirũ ad habitũ sanctitatis: Sz iterũ de suo sensu nimis p̃sumẽtes: ꝓ nimiã inquisitiõnẽ relabunt in errorẽ. Et hoc inducj potest cõtra curiosos disputatores: De qbus Eccj.xxj.d. Stultꝰ a fenestra respicit in domũ: q̃si foramina subtilitatis q̃rens: Vir eruditꝰ stabit foris: qz scripturã apte exponere q̃rit. Prouerb.xxv.d.

Sicut ꝙ mel comedit multū/nō est ei bonū:sic ꝙ pscrutator maiestatis/oppmet a glia. Et qz difficile est vt is ꝙ se esti mat sapiētē/sensū prauitat a se abiciat: Jō subdit: a Et vsq; ad inferos pctīn illo: obliuiscat eius miseri cordia:liberās/nō relaxans:qz nō obliuiscit misereri de. Et hoc dicit:qz hmōi nō emēdant ante finē huius vitę/aut vix. De qb dr.j. Joh.vlt.d. Est pctīn ad mortez / nō p illo dico vt oret qs. b Dulcedo illius vmes.i.indetu do cogitationū: ꝙ in/cessant inquietāt / erit dulcedo illius.id est p dulcedine in inferno. Jtē sūt hic dulcedo illi:qz illis pascit. Vl vermis dr caro.i.car/nis voluptas:ꝙ luxu/rioso vl cuilibet volu/ptuoso ē dulcedo: ad quā expellendā nihil tātū valet/q̄tū vt qlq; qō viuū diligit:q̄le sit mortuū penset. Vñ cū qdā here/mita memoriā cuiusdā mulieris/quā dilexerat ñ posset auel/lere a corde suo:ea mortua t fętēte efosso tumulo /frustū ei abscidit:t qñ veniebat memoria ei/ ponebat illud frustū fę/tidissimū ad os t ad nares/qō natura vix poterat sustinere: t sic liberat est. Vl dulcedo illi sūt vermes.i.tpalia:ꝙ animū pungūt t inquietāt .Quid aūt sit illa obliuio misericor die/ostendit: c Nō sit in recordatione.q.d. nō sit in respectiōe aiaz sanctaz :sicut dr Sap.iij.c.de bonis: Felix est sterilis t nō inquinata:ꝙ nescivit thorū in delicto/ habe/bit fructū in respectione animaz sanctaz. Dicit aut deus re/cordari t obliuisci improprie: Nā cū bona tribuit vel a ma/lis liberat/tūc dicit recordari: Vñ po nihil dat/ vel in culpa vel in miseria relinquit/tūc dicit obliuisci. Et continuat sic: Quia dulcedo illi vermes.i.carnis illecebre vel bona tpalia: Jdeo nō sit i recordatiōe/apd deū: vt.s. de eū ab iniqtate reuocet/t aliqd ei pferat. d Sz pterat/i gehēna: c Quasi lignū infructuosū:absciſū i morte. Matth.iij. c.et.vij.c.Omis arbor ꝙ nō facit fructū bonū/excidet t i ignē mittet et ardet .Ezech.xv.a.Fili hois/qd fiet de ligno vitę: ecce igni datū est i escā.Glo.Lignū pteri/est i gehennā mit/ti/t de horto paradisi tolli. f Pauit eā sterilē.i.carnē ꝙ dicit sterilis:qz dū solū psentia appetit/bonas cogitatio/nes gignere nescit.Sz qz aliqñ mulieres i iuuētute sūt steri/les ꝙ postea parūt/vt sara t helisabet:caro ꝩo nunqz parit/ ideo subdit: g Et q̄ nō parit:bonas cogitatiōes/vl bo/na opa: h Et viduę.i.aię/cui vir.i.intellect/i aliena re/gione viuit: i Bñ nō fecit:qz desideriis carnis seruiēs: curā aię/vitā grę t glię q̄rere pterpsit. Vl pdicator erroris/ dū plębē extra eccliaz positā docet/sterilē ꝙ nō parit pascit: qz i ea laborat/ꝙ fruct spūales ñ facit. Et viduę bñ ñ fe cit:qz sancte ecclię/cui vir.i.christ mortē ptulit:fruire ptē/nit. k Detraxit fortes i fortitudine sua.i.superbos t potētes:q̄ facilī capiuntur laqueis hereticoz.Esa.xxvj. d. Terra gigantū detrahes i ruinā. l Et cū steterit/hęre/ticus/viuēdo in ꝑ corpe: m Nō credet vitę suę.i.de eo nō psentit vera cogitare. Vl qlibet impi est i eccliā p fidē : t vitę suę non credit:quia fidei opa nō facit . Fides eñ sine opib mortua ē: Jacob.ij.d. Et q̄uis ꝑ faciat:tñ mira dispē satiōe/ n Dedit ei de locū pēnitētię: vt reuerteret a malo suo t viueret.Ezech.xviij.g.et.xxxiij.c .Nolo mor/tē pctōris ꝛc. o Et ille abutitur eo i superbia / male viuēdo/t ꝑ donū nō recognoscēdo.Ro.ij.a.An diuitias bo nitatis ei t patiētię t lōganimitatis ptēnis:Ignoras qz be nignitas dei ad pēnitētia te adducit:Greg .Qui accepta pę nitētię tpa diuertit ad culpā:district i vltimis iudex argu/ mēta misericordię puertet ad pēnā.Sz cū dns sciat ꝙ repro bi ide peiores efficiunt:q̄re tā diu expectat :Vñ Eccs.viij. b.Quia nō cito pfert ntra malos snīa/absqz timore vllo fi/lij hoim ppetrant mala.Hoc soluit ibi statim: vbi dr:Et eo ꝙ pctōr centies facit malū /et p patiētiā expectat :ego cog/ noui ꝙ erit bonū timētib deū/q̄ verent facie ei /t nō sit bo/ nū impio. Vñ Sap. xj.a. Dissimulas pec cata hoim ppt penitē tiā. p Oculi aūt ei.i.ipij: q Eleua ti sūt i vijs illo:ñ vi/ is dei:qz ꝙ sua sūt ętr/ non quę iesu christi.j. Cor.xiij.b. r Ad modicū: qz oēs tps respectu ęternitat bre/ ue ē. Ps. Mille anni tanqz dies hesterna ꝙ pterijt.Greg. Bo/ dicū fuit qō pterire potuit. s Et non subsistēt: nl alto : qz tatū t eleuatū sic cedrū libani /t trāsiui t ecce ñ erat ꝛc . Jtē Deiecisti eos dū alleuarēt. Jnfra.xxx.c.Eleuasti me/t ꝙsi su pra ventū ponēs elisisti me valde. t Et humiliabūtur sic oia/terrena vl tpalia:ꝙ tpis volubilitate ad nō esse pcur/rūt. v Et auferētur/de esse.Sed Greg obijcit de illo ꝓbo Eccs.j.a .Generatio aduenit t generatio ꝓterit / terra aūt i ęternū stat: Nō igit oia auferēt.Hoc soluit Greg. q̄ oia iferioza auferent q̄ ad formā exteriorē/nō q̄ ad substātē na turę.Vñ Esa.lj.b.Ęsli sicut fumo liquescēt/t terra sic vesti/mentū atteret.Glo.Scom figurā/non sm essentiā. Jtē.ij. Petri vlt.c .Elemēta calore soluent .Et.j.eo. Nouos cę/los t nouā terrā sm ipsi pmissa expectam.Glo.Nō ait ali os/ꝙ veteres t antiqs i melius cōmutādos. Et postea dr in Glo. De igne t aqua nihil tale habem:q̄n potius habem: Et mare tā ñ ē: Jn Apocal.xxj.a. Jbi Glo. Immutatio ae/ris t trę dubitabil ñ ē q̄n p ignē fiat:ꝙ de aq̄ dubitat:nā pur gationē i seipa hīe credit. Jtē.ij. Petri vlt.c.Elemēta calo re soluēt. Jbi Glo. Elemēta q̄tuor q̄b mūd stat ille ma/xim ignis absumet. Nec cūcta itantū ꝓsumet vt nō sint: ꝙ duo ex toto ꝓsumet/duo i meliorem restituet facie.Sol.An mare sicceť an inouet/relinqt dubiū Aug.xx.libro de ciui. dei:tñ magis adhęret huic pti q̄ inouet.Et de aliis dicēdū si milit. x Et sic sūmitates spicaz pterētur:qz sicut a/ristę ad alta psiliūt/t grana inferius latēt:sic malis i alto se extollētib/boni in imo hūilitat latēt.Sz aristis ptritis t cō busti/grana patēt/t in horreis recōdunt:sic malis in gehē/na demersis/boni i glia apparebūt. Vñ Matth.iij.c.Per/mūdabit dns aream suā/t ꝓgregabit triticū suū i horreū/pale as aūt cōburet igni inextinguibili. y Qō si nō ē ita ꝛc.q. d.ita sunt cuncta sicut ptuli : Quę tñ si non essent ita/ a vo/bis redargui nō possē:qz dū adhuc pprię succūbit fallacię/ alienā redarguere nō valet. Vñ Greg. Just si aliqñ loqn do delinqt / dignū nō est vt a puis iudicet. Vñ Joh.viij.a. Qui sine pctō ē vrm/pm i illā lapidē mittat. Jbi Glo. Si lex iubet reos puniri/nō tñ a silit puniēdis. z Et ponere añ deū ꝛc. Verba añ deū ponere/ē ea apd se i ꝓspectu dei examinare.q.d.iob amici suis:vos ñ potest añ deū vba po nere:qz facie ei vob peccādo absc̄dit.

Expo. Ca.XXV.

a Respondēs aūt baldath. Ista ꝓtra superbos du/ r xit iob:ex cuius correctiōe pficiēs baldath/ q̄ apud solū deū sit vera potētia agnoscit:t q̄ nullus sit tumē dus nisi ipe . Diuidit aūt hoc capitulū i duas partes. Jn p/ma parte ostēdit baldath/q̄ deus solus timendus est t q̄re. Jn secūda/q̄ hō nō cōparōe dei/ꝑ illustratiōe iustificabit . Dicit ḡ: b Potestas:q̄ ad bonos. c Et terror:q̄ ad malos. d Apud eum est.i.apud deū solū. Esa.viij. d. Dñm exercituū /ipsū sanctificate:t ipse pauor vester/ t ipe

terror vester: & erit vobis ī sanctificationē. Matth.x.d. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus/aīam aūt nō pñt occidere: sz potiꝰ illū timete / q̄ pōt corpꝰ & animā pdere in gehennā. Luc[.xij.a. Me ireamini ab his q̄ occidūt corpꝰ &c. Gregꝰ. Nō est terror q̄ ab hoīe incutit. Unde Esa.lj.d. Quis tu vt timeas ab hoīe mortali & a filio hoīs: q̄ q̄si fœnum ita arescet:

a Qui facit pcordiā in sublimibus suis. i. in pfect[hoibꝰ vl' in angelis/ vl' in electis: in q̄bꝰ est discordia pcors. Et licet sūma pax sit in sublimibus. i. ī angel': tñ Daniel'.x.c. legunt angeli angelis resistere. Sz nō est cōtrarietas: qz nō ipsi inter se/ & merita gentiū quibꝰ p̄sunt dissident & discordāt. Verbi gratia: Angelus q̄ loquebat danieli/ p̄positus erat iudeis captiuis in perside: Michael p̄positꝰ erat iudeis q̄ remanserāt in iudea. Princeps persaꝝ p̄erat persis: princeps grecoꝝ/ grec[. Dicit ergo angelus ad danielē: Ego veni pp̄ sermonē tuū. i. preces tuę exigunt/ vt populus a captiuitate liberetur. Sz adhuc est in pl'o q̄ persaꝝ dominio purgari debet: q̄ liberatiōi eiꝰ obuiat: Et b ē q̄ princeps plarū āgelo q̄ loquebat danieli restitit. Judei ꝙ qui remānerāt in iudea orabant p captiuis liberandis: Et hoc est q̄ dicit michael venisse in adiutoriū. Or ꝙ princeps grecoꝝ apparere dicitur: significat q̄ ptra grecos aliquid cōmiserāt iudei: q̄ eorū liberationi obuiabat. Sic igit sublimes spiritus nō cōtra se certant: sz ꝯ se venire dicūt/ cū sibi subiectaꝝ gentiū vicissim merita ptradicūt. Sequit: b Mūd est numerus militū eiꝰ: Quātū ad nos non est certus numerus militū eius. i. angeloꝝ: qui milites dicunt: qz decertāt ptra aereas potestates: nō labore & imperio/ phibētes eos a violēta oppressione/ nō aūt a tēptatione: Vult em̄ dñs q̄ tēptemur/ vt .s. vincamus & coronemur: qz nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit. ij. Timoth. ij. a. Notandū aūt q̄ illud q̄ ponit ī questione baldath/ in vtrāq; parte soluit: qz in cognitiōe dei definitꝰ est numerus angeloꝝ: in cognitiōe hoīm indefinitꝰ. c Et sup quē nō surgit lumē illiꝰ. i. gra p̄uenies: Que si in cordibꝰ nr̄is nō surgeret: ipa in tenebris remanerēt. Unde seq̄t: d Mūd iustificari pōt hō cōparatꝰ deo: q. d. nō. Dis em̄ hō illustratiōe dei iustꝰ ē/ nō cōpatiōe: qz etsi hō in pma pditiōe mansisset/ adhuc eiꝰ iusticia cōpata iusticię dei/ iniusticia esset. Unde Esa.lxiiij.b. Uniuersę iusticię nr̄ę q̄si pannꝰ menstruatę. e Aut apparere mūdꝰ natꝰ de muliere: i. qz natꝰ de muliere/ p quā a serpēte accessit culpa viro. Eccl[.xxv.d. A muliere initiū pcti. Jtē in eodē. xlij.c. A vestimēto pcedit tinea: & a muliere iniq̄tas viri. q. d. nemo mūdꝰ est: qz oēs de radice putrida nati sūt. Et b ꝓbat q̄si a maiori: f Ecce em̄ luna. i. eccl'a/ q̄ a sole iusticię lumē recipit. g Nō splēdet: ꝟtute p̄pa: vl' respectu dei. h Et stellę. i. iustoꝝ aię/ ꝟtutū radijs & miracul' emicātes: i Nō sūt mūdę/ a maculis pctōꝝ/ dū corruptiōe carnis p̄munt. j. Joh.j.d. Si dixerimꝰ q̄m pctm̄ nō habemꝰ: ipsi nos seducimꝰ/ & ꝟitas ī nob nō ē. k In ꝺspectu eiꝰ: Quia si remota pietate iudicemur/ oēs īmūdi inueniemur. Vl' i cōspectu eiꝰ. i. ī cōpatiōe eiꝰ. Supra.xv.b. Celi nō sūt mūdi ī ꝺspectu eiꝰ. Jtē.s.iiij.d. Qui seruiūt ei nō sūt stabiles / & ī āgelis suis repit p̄uitatē. l Or̄to magl hō putredo &c. Nō. i. adā. m Filiꝰ hoīs. i. cęteri hoīes. q. d. si a pctō liberi esse nequeūt q̄ ī celestibꝰ desiderio ꝺuersant: q̄to magl q̄ adhuc carnalit viuūt. Primꝰ hō fuit tm̄ ñ filiꝰ hoīs: ex q̄ q̄cūq; pdūt: ñ solū hō: sz filiꝰ hoīs ōr/ ex hoie natꝰ / vt ex putredie ꝟmis. Et ideo ꝟmis ōr/ qz ex corruptione ꝓpagat.

B De pe. dis. 2. c. ieni. ꝙ. 15. b. De pe. dis. 2. c. fi.

A

n Respondēs aūt iob dixit. Expo. Ca. XXVI.

r Finit[amicoꝝ ꝟbis: iob fortus ī surgit ptra eos: more peritoꝝ/ q̄ argumēta fortia in ꝺclusionē reseruāt. Et oñdit iob/ baldath ex ostētatiōe & p̄sūptiōe/ nō ex charitate locutū in ca. p̄cedenti. Diuidit aūt b capitulū q̄si in tres ptes. In ꝑma irridet iob p̄sumptionē baldath & repmit. In secunda oñdit q̄ bō de scia sua nō debet superbire / cū angelos superbos abyssus ignorātię p̄mat. In tertia oñdit q̄ si hō būilitat[siue humanitat[dei admirāda vix ferre pt: multo minꝰ terribilē aduē tū suę maiestatis poterit tolerare. Dic̄ g̃:

o Cuiꝰ adiutor es: q. d. p̄sumis deū docere/ quasi prudētior eo sis. p Mūd imbecillis: q. d. nō: qz deꝰ fortis ē. Supra.ix.a. Sapiēs corde ē/ & fortis roboꝛe. q Et sustētas brachiū eiꝰ q̄ nō est fortis: q. d. deū iuuare niteris: cuiꝰ magnitudini succūbis. Gregꝰ. Juuare imbecillē charitat[est: potētē iuuare / elatiōis. Cū aliq̄n dicimur & nos iuuare deū: cū .s. nos humilit̄ p̄dicādo exteriꝰ / subuenimꝰ ei cui ipse ītrius gr̄az infūdit. Unde. j. Cor[.iij.c. Dei adiutores sumꝰ. Qui ꝟo de suo sensu p̄sumit/ arbitrās se deo esse vtilē: adiutor dei nō ē. Seq̄t: r Cui dedisti cōsiliū: Fortitā illi q̄ nō hz sapiaz. Irrisio est/ reprehensiua superbię: q. d. q̄ dixisti/ nō de pietate & de ostētatiōe fuit. Gregꝰ. Stulto dare psiliū / charitat[ē: dare sapiēti/ oñtatiōis: dare ꝟo sapię/ puersitat[. Esa. xl.c. Quis adiuuit spm̄ dñi: aut q̄s psiliarius eiꝰ fuit: s Et prudētiā tuā/ nō dei: t Ostēdisti. i. ostentasti/ pluri mā: p p̄sūptionē. Gregꝰ. Dis cui prudētia ē recta/ n ē plurima: qz nō plus appetit sapere q̄z oportet: Ro.xij.a. Cui aūt pluruma est / recta nō est: qz dū vltra modū tendit/ a recto declinat. Eccl[.iij. c. Altiora te ne q̄sieris. v Quē docere voluisti: Nōne eū q̄ fecit spiramentū: id est vitā: q̄si plꝰ eo sapiēs sis a q̄ habes viuere. Gregꝰ. Spiramēto viuim̄: prudētia sapimꝰ: Et ꝑus ē viuere q̄z sapere. Qui g̃ dedit vitā: dedit & prudētiā. Nūc g̃ velle docere fatuū ē. x Ecce gigātes &c. Postq̄ Iob tumorē superbię baldath correpiēdo bene uit repssit: ad doctrinā se trāsferēs: docet hoiez nō debere de sciētia superbire. Jn q̄ docet iob q̄ parū debemꝰ correpe/ & diffusiꝰ docere & blādiri. Sic apl's Gal'.iij.a. cū increpādo dixisset: O insensati galathe: q̄s vos fascinauit/ nō obedire veritati: Statim ꝙuersus ad benignā doctrinā: mīt̄ū se exhibuit illis amabilem / dicēs: Tanta passi estis sine causa &c. Et.ij. Cor[.ij.a. Statui hipm apud me/ ne iterū cū tristicia venirē ad vos &c. Seneca. Dedignant[est nature animꝰ humanus: facilꝰ ducit q̄z trahat. Dicit g̃: Ecce gigātes. i. superbi/ ambicioſi honoꝝ: y Gemūt: ex defectu scię. z Sub aq̄s .i. sub regimine p̄pū regēdi. Apocal'.xvij .d. Aquę q̄s vidisti vbi meretrix sedet/ sūt p̄pli & gentes. Esa .xxvj.c. Mortuī non viuēt/ & gigātes nō resurgēt. Prouerb.xxj.c. Qui q̄ erraverit ī via doctrinę/ in cętu gigantiū cōmorabit. Baruch.iij c. Ibi fuerūt gigantes nominati: isti q̄ ab initio fuerūt statura magnę: & scientes bellū: nō hos elegit dñs. a Et q̄ habitāt cū eis. i. q̄ talibꝰ sociant': laborem ponderis tolerant cū eis: dum pariter affectant gloriā honoris. Gregꝰ Pariter gemūt / q̄ eoꝝ glię ex delectatiōe sociāt': Mā occupatio sęc'arū dignitatū: tāto facilioribꝰ vitijs p̄mit: q̄to maioribꝰ curis grauat. Prouerb. ix.d. Ignoras q̄ ibi sint gigantes / & in p̄fundis īferni cōuiuę illiꝰ. i. mulier[illecebroſę. b Nudus est infernꝰ &c. q. d. ambitio gigantū nō latet eum: qz infernus nudus est &c. i. oēs vię reproboꝝ & dęmonū patēt oculis eiꝰ. Heb.iiij.d. Omnia nuda sunt & apta oculis eius/ ad

quē nobis sermo. Noīe iferni/reprobi: noīe pditiōis/diabo/
1.Timoth.2.b. lus designat/q̄ oēs hoīes pdere ḡrit: sīc christ⁹ oēs vult sal/
uos fieri. a Qui.s.de⁹: b Extendit.i.extēdi pmittit:
c Aquilonē.i.diabolū. Cantī.iiij.d. Surge aquilo.ꝛc.
Hiere.j.c. Ab aquilone pandet oīne malū. d Sup va/
cuū.i.sup iudeos va
cuos fide ꝛ gra. Sap.
xiij.a. Vani sunt oēs
hoīes/in q̄bus nō ē sa
piētia dei. e Et ap/
C pendit terrā.i.fun/
dat sanctā ecclesiam.
f Super nihili.i.
sup gentes. Esa.xl.d.
Oēs gētes velut nihi
lū/ ꝛ iane reputatę st.
Qualiē aūt ꝛ q̄ ordi/
ne hoc fiat/ ostendit:
g Qui ligat aq̄s
i nubib⁹.i. sciētia tē
perat in p̄dicatorib⁹:
B vt ifirmitas auditor
nutrita suaui et facili
rore doctrīe eor/pua
lescat. Nā si scientiā vt corde hauriūt/ita ore effunderent/au
ditores oppmerēt poti⁹ q̄ gra rigarēt. Vñ Exo.xxj.d. Si
q̄s aperuerit cisternā.i.sacrę scripturę penetrauerit occulta :ꝛ
nō operuerit eā/p silentiū occultor: ceciderit q̄ bos vl asin⁹.i.
fidelis vl infidelis scandaliçat⁹ fuerit in his q̄ cape nō pōt:
dns cisternę.i. p̄dicator/reddet p̄cii iumētor.i.re⁹ ad agen/
dū pēnitētiā tenebit. Et b̄ ē q̄d legit.ij. Regī.vj.b. de oça/
q̄ tetigit arcā.i.secreta scripturę: ꝛ ideo mortu⁹ est. Ideo dr
Prouerb.xxx.a. Qui colligauit aq̄s q̄si i vestimēto: vt gut
tatim ifūdant/ ñ raptim: ne subruāt audiētes. Sup.xij.c. Si
ꝑtinuerit aq̄s/oīa siccabunt: si emiserit eas/ subuertēt terrā.
Vl ligat aq̄s i nubib⁹: q̄r .ꝑt pctā subditor/claudit dns
ora p̄dicator. h Ut nō erūpāt/aquę.s. doctrīe: i pa
riter.i.simul: k Deorsū.i. iferius. q.d. iō ligat aq̄s dns
ne subruāt ifirmos/ ꝛ aliq̄d seruet pfectī. Corī.iij.a. Nō po
tui vobis loq̄ q̄si spiritualib⁹/ s q̄si carnalib⁹. Facti eīs estis
q̄b⁹ lacte opus sit/nō solido cibo: Heb.v.d. Greg⁹. Dignū
est vt p̄dicator audiēt/ modū ꝓsideret: q̄ten⁹ ipa p̄dicatio cū
auditor/ sui incremēto crescat. l Qui tenet vultū solij
sui.i. cognitionē maiestatī suę.q.d. ita p̄dicator ñ oīa q̄ no/
uit effūdat iferi⁹/ sīc ꝛ de⁹ nō oīndit nob oīa supnor secreta.
m Expādit super illō nebulā.i. gras/ p quā q̄lēcunq̄
habem⁹ de ipso cognitionē/ ad minus ęnigmaticā. Corī.
xiij.d. Videm⁹ nūc p speculū i ęnigmate. Eccī.xliij.c. Me/
dicina oīm in festinatiōe nebulę. Vl expādit super illud
nebulā.i. ignorantię nr̄ę caliginē/ ꝓpt quā illum hic videre
nō possumus. Exo.xxxiij.d. Nō videbit me hō ꝛ viuet.iij.
Regī.viij.b. Dns dixit vt hītaret in nebula. Ps. Caligo
Ps.17. sub pedib⁹ eius. Vñ dicit sub pedib⁹ eius: q̄r nō ea claritate
ab iferioribus⁹ cernit/q̄ in superioribus⁹ dñat. Vñ Esa.vj.a. dr: q̄
seraphin velabāt facię ꝛ pedes sedentī in throno: q̄r nec nos
nec etiā ipsi angeli plene intelligūt ipsū. n Terminū cir
cūdedit.i. hoīm scientiā moderat: vt ad cognitionē pfectę
Ps.103. claritatī nō attingat. Ps. Terminū posuisti/ quē nō trans/
gredient. Exo.xix.d. Contestare pp̄m ne forte velit trans/
cendere terminos ad videndū deū ꝛ pereat. o Vsq̄ dū
finiāt lux et tenebrę.i. tpm vicissitudines: vl vsq̄ q̄ cursus
iustor ꝛ iniustor finiat: Illi i glia/isti i gehēna. p Colū
nę cęli.i. angeli vl sancti p̄dicatores/ sup q̄s fabrica ecclię
fundāta est: q Cōtremiscūt et pauēt ad nutū ei⁹.i.
in ꝑplatiōe ei⁹. Et accipit hic tremor ꝛ pauor/ nō p pęna/
li timore/ s p admiratiōe: Vl sub hypothesi/sic: Cōtremis/
cūt ꝛ pauēt.i. ꝓtremiscerēt ꝛ pauerēt si fieri posset. De his
colūnis dr Prouerb.ix.a. Sapiētia ędificauit sibi domū/ ꝛ
excidit colūnas septē. Gal.ij.b. Jacobus ꝛ cephas ꝛ iohā/
nes/q̄ videbant esse colūnę ecclię/dederūt mihi dexteras et
barnabę societatis. Apocal.iij.c. Qui vicerit/faciā illū colū
nā in tēplo dei mei. Hiere.j.d. Ecce te hodie in ciuitatē mu
nitā ꝛ in colūnā ferreā. r In fortitudine illi⁹.i. in fide
incarnatiōis illi⁹: s Maria.i. amara ꝛ discrepantia cor/
da hoīm: ꝯgregata sūt. Act.iij.f. Multitudinis aūt cre
dentiū erat cor vnū et
aīa vna. t Et pru/
dentia ei⁹.i. nouū/ s
rōne: v Percussit
superbū.i. diabolū:
q̄ supbe appetīt esse
filius altissimo. Esa.xj.
d. Nūq̄d nō tu pcussi
sti superbū/ vulnerasti
draconē: x Spūs
ei⁹.i. dei: y Dua
uit.i. repleuit. z Ce
los.i. discipulos. Act.
ij.a. Repleti sunt oēs
spūsctō. Vl ornauit
.i. ꝺbo firmauit. Ps. †Ps.32.
Verbo dñi cęli firma
ti sūt ꝛc. Et q̄ illos sic
ornatos: a Obste
tricāte manu ei⁹.i. mediāte gra/vl medicāte: b Edu/
ctus est coluber tortuosus/de corde⁹ pctor.i. antiqui
hostis/q̄ hoī ore colubri locut⁹ ē. Qui tortuosus dr: q̄ i recti/
tudine vitat/ nō stetit. Job.viij.f. Et tortuosos facit sibi con
sentientes. Hic coluber/manu dei.s. gra obstetricāte.i. ad
modū obstetricis iuuāte puerperā/ educt⁹ est de cauernis su/
is.i. de cordib⁹ pctor. Esa.xj.b. Sup forāmina aspidis ꝛ in
cauerna reguli/ q̄ ablactat⁹ fuerit/manū suā mittet: nō noce/
būt ꝛ nō occidēt. Jrē Esa.xxvij.a. In die illa visitabit dns
sup leuiathan/serpentē tortuosū. c Ecce hęc. Sup di/
ctū est de ꝑmo aduētu: hęc est tertia ps capituli: i q̄ de scdo
aduētu adiūgit iob dicēs: Hęc/q̄ dicta st.s. d Ex parte
.i. impfecte/ dicta sūt. e Tuaꝝ ei⁹.i. de viis.s. de actioni
bus ei⁹. Alia enī ē actio q̄ nos ꝓdidit: alia q̄ nos redemit. De
his dr Prouerb.iij.b. Vię ei⁹ vię pulchrę/ q̄ntū ad icarnati/
onē: ꝛ semitę ei⁹ pacifice/ q̄ntū ad passionē: q̄r tūc facta ē pax
inter deū ꝛ hoīes. f Et cū vix par.stil.ser. ei⁹ audieri
mus.i. si hūilitatī ei⁹ admirāda vix ferim⁹: g Quis pō.
to.mag.il.ituer.i. secūdū aduētū/i q̄ cū potestate mag/
na aduenīet/ ꝛ manifeste. Primū aduētū vocat iob stillā quā/
ꝑpt suauitatē eloquij. Cantī.v.d. Labia eius lilia distillātia
myrrhā p̄mā. Deut.xxxij.a. Fluat vt ros eloquiū meū/ q̄si i/
ber sup herbā/ ꝛ q̄si stillę sup gramia. Secūdū aduētū vocat
tōitruū/ ꝑpt t̄ribilē sn̄iaz. Malach.iij.a. Quis potit cogitare
diē aduēt⁹ ei⁹: ꝛ q̄s stabit ad videndū eū: j.xxxvij.a. Tonabit
de⁹ i voce sua mirabilit. Regī.ij.b. Dñm formidabūt ad/
uersarij ei⁹/ ꝛ sup ipsos i cęlis tonabit. Expo. Ca. XXVII.
b Addidit q̄z iob. Duob⁹ modis patit iob amara ab
hostib⁹. Verbis/ vbi exercet ei⁹ sapia: flagellis/ vbi
ꝑbat ei⁹ patiētia. Hę enī sūt due alę q̄ date sūt mu/
lieri.i. ecclię/ vt fugeret i desertū: Apocal.xij.d. Prosequēs
aūt iob de ea psecutiōe vbi falsis assertiōib⁹ lacessit: dic se nec
ꝟbis nec flagellis cessur⁹: nec a vitate recessur dū viterit. Et
q̄z sē q̄dā q̄ i aduersis positi/ deū ee nō credūt: De q̄b⁹ Ps.
Dixit insipiēs i corde suo/nō est de⁹. Et sūt alij q̄ deū ee q̄fi/ Ps.13.
māt: s res hūanas minie curare credūt: De q̄b⁹ Ps. Nō vi Ps.72.
debit dns nec itelliget de⁹ iacob. Et alibi: Quō scit de⁹/ ꝛ si ē Ps.72.
scia i excelso? Cōtra vtroq̄ iob tā i psona ꝑpa q̄ i psona ec/
clesiię i afflictiōe posit⁹: ꝛ deū ee fatet dicēs: ibi: Tuus de⁹:
et hūana curare subdens: ibi: Qui abstulit iudiciū. Di/
uidit aūt h capitulū i duas ptes. In ꝑma agit de culpa ma/
lor. In secūda/ de pena eorūdē. Dic q̄: Addidit q̄z iob/
dicti seq̄ntia: i Assumēs parabolā.i. similitudinē/ su/
p̄dicti seq̄ntia: i Assumēs parabolā.i. similitudinē/ su/
gam. In q̄ ondit iob se nō solū historice/ s magi⁹ mystice loq.
Et ait: k Tuus de⁹: seipo/q̄ est vita. Joh.v.c. Sic p⁹ hz
vitā i semetipo ꝛc. l Qui abstulit iudiciū meū.i. co/

gnitionē :qz nō itelligo ꝯre hec patio::ꝛ hoc tñ scio a q̄ patio. a ¶Et oīnipotēs:supleviuit: b ¶Qui ad amaritudinē ꝓsentē: adduxit/q̄si ex occultꝫ iudicijs suis/nō ex meis meritꝫ.q.d.ꝯre patioꝛ nescio:ꝙ qz nō casu ꝙ deo disponēte patioꝛ/nō ignoro.Uñ nō tēptatoꝛi/ꝙ deo potestatē sue afflictiōis attribuit :q̄ illū ꝓualere nō nisi iuste pmisit.Ad q̄d aūt se astrīngat iob oñdit: c ¶Quia donec.q.d.viuit de⁹.Hod⁹ iuramēti est . Quia.i. q.donec.i.dum:

Supest halit⁹ i me d ¶Et spūs dei.i.a deo: e ¶In nāri⁹ meis.i. ꝙ diu viuā : f ¶Nō loq̄nt labia mea iniq̄tatē.i.aliq̄d ꝙ eq̄tatē: g ¶Nec lingua mea meditabitur:id ē coꝛ meum:ex cui⁹ abundātia loquit: Matth.xij.c.

b ¶Mendaciū:qz os qđ mētit/occidit aīaz.Sap.j .c.Greg⁹.Pei⁹ est mēdacium meditari ꝯꝛ loq̄.Uer ē/ꝯꝛ lo q̄ simplicit.Sz loq̄ cū ꝙmeditatiōe siue cū deliberatiōe mēdaciū/mai⁹ pctm̄ ē:Mā illū est studiose p̄auitatis:loq̄ ꝫo plerumq̄ ꝙcipitationis.Job ꝫo pfecte adhęrēs veritati:sponder se nec studio nec ꝙcipitatiōe mētiri. Uñ in q̄bus ipse hęreat ꝫitati/oñdit: i ¶Absit a me ꝛc̄.q.d.ita ꝫitati adhęreo/q̄ vos iustos iudicare ñ valeo.Sic em̄ de bonis mala ęstimare pmitiosū ē:sic de malis bona credere. Uñ Prouerb.xvij.c. Et q̄ iustificat impiū:ꝛ q̄ ꝺdēnat iustū:abominabilis est vterq̄ apud deū.Esa. v.e. Uę q̄ dicit malū bonū/ꝛ bonū malū.Greg⁹.Sūt nōnulli/q̄ dū male facta hominū laudib⁹ efferūt/augēt ꝙ increpare deburerūt.De q̄bus Ezech.xiij.b. Ipse ędificabat parietē: illi aūt liniebāt eū luto ābsq̄ paleis.i.adulatiōe/ꝙ ē sine fortitudine:sic lutū sine admixtiōe paleę. k ¶Donec deficiā/ vita: l ¶Nō recedā ab innocētia:coꝛdis. m ¶Justifica.mea:in operib⁹: n ¶Quā cepi tenere:firmo mētis ꝓposito: o ¶Nō deserā:vnđ.ij.Thessal.ij.b. Qui tenet/teneat :donec de medio fiat.Greg⁹.Ę q̄tā iustificatiōnē desereret/ si in laude peccātiū declinaret. p ¶Nec em̄ reprehendit me coꝛ meū.i.ꝓsciētia mea de aliq̄.ſ.qđ fecerim: q ¶In oi vita mea.q.d.ꝓvob trahar ad pctm̄ /indignos vos laudādo/q̄ a ꝓꝛijs pctis me coarto.Greg⁹.Uñ em̄ ab alienis pctīs absistit/q̄ ꝑus se a ꝓꝛijs custodit.j.Joh. iij.d.Si coꝛ nr̄m nō reprehēderit nos/iniuctā habem⁹ ad deū/q̄ q̄cq̄d petierim⁹ accipiem⁹ ab eo.Sz quō irreprehensibilē a coꝛde suo se dic̄ iob:q̄.s.ix.c.dixit : Si iustificare me voluero/os meū ꝓdēnabit me:Sol.Reuera iob peccauit/ad mīn⁹ cogitādo aliq̄n illicita:ꝙ qz fortiꝫ restitit cogitatiōi:se nō reprehēdi a coꝛde suo fatet. r ¶Sic ipius.i.ꝺe ifidelis/q̄ a pietate religiōis est alien⁹: s ¶Inimic⁹ me⁹:supple ē. t ¶Et aduersari⁹ me⁹ est q̄si iniqu⁹.i.ꝺe iniqu⁹:q̄ ꝑuitate operis ab eq̄tate discoꝛdat . Juxta hāc expositionē:sic ꝛ q̄si / sūt nota affirmatiōis siue exp̄ssionis/ nō similitudinis:sicut i Ps. Ps.125. Facti sum⁹ sic ꝓsolati.Et Job.j.l. Quasi vnigeniti a ꝓꝛe.i. ꝺe vnigeniti . Ul' ꝑ̄t accipi ꝓ similitudine : Et legit de falsis fratrib⁹:q̄ fideles se vocib⁹ appellāt/moꝛib⁹ aūt negāt.Et dicit iob i ꝓsona eccl'ie vl' sua. Inimic⁹ meus ē sic ipius.i. similis ipio:i ꝟ q̄ ope nō ꝓfitet deū/licet oꝛe: Et aduersari⁹ meus q̄si iniqu⁹.i.similis iniq̄:qz etsi iustus videat exteri⁹/ intus tñ a iustitia est alienus .Matth.xij.c.Qui nō est mecū/ꝯ me est. v ¶Quę ē em̄ spes hypocrite:q̄ tñ diligit ꝑsentia:q.d.nulla:qz spes ꝺ futuro bono ē.Uñ Matth. vj.a.Amē dico vobis/recepert mercedē suā.Sap.iij.c.Uana ē spes illoꝝ/ꝛ laboꝛes eoꝝ sine fructu.Jō ꝺꝛ eis Matth.

a ꝛ ꝺōnipotēs q̄ ad amaritudi-
c nē adduxit aīaz meā:qz dō-
d nec supest halit⁹ i me:ꝛ spūs
e ꝺei i nāri⁹ meis:nō lo̅quēt
f labia mea iniq̄tatez:nec lin-
b gua mea meditabit mēdāci-
i um. Absit ā mevt iustos vos-
k ee iudicē .Donec deficiā /vi-
l rēcedā ab innocētia mea. Jū-
m stificationē meā quā cepi tē-
n nere nō ꝺeserā:Nec em̄ re-
o prehēdit me coꝛ meū / i ōni-
q vita mea. Sicut ipius inimic⁹
r me⁹:ꝛ adūersari⁹ me⁹ q̄si ini-
s qu⁹.Quę est em̄ spes hy-
v pocrite si aūare rapiat/et nō
x liberet de⁹ aīam ei⁹: Nūq̄d
y de⁹ audiet clamoꝛē illi⁹ cū vē-
z nerit sup eū angustia: Aūt
a poterit i oīnipotēte delecta-
b ri:ꝛ īuocare deū in oīni tpe:
c Ꝺocebo vos p mānū dei q̄
d oipotēs habeat: nec absco-
e ꝺā.Ecce vos oēs nostis: ꝛ
f q̄d sine cā vāna loq̄mi: Hec
g est pars hois ipij apud deū
h ꝛ hereditas violētoꝝ quā ab
i oipotēte suscipiēt: Si mūl-

desiderat se de scīra/te venerari: laudē rapitvitę alienę. z ¶Nūq̄d deus. Post culpā hereticoꝝ:agit iob ꝺ pena eoꝝ:qđ ꝛ amicis ei⁹ hypocritꝫ pueniit:q̄ tpe ꝓspitatꝫ suę dīm clamantē nō exaudiert:ꝛ ideo tpe anguste remediū nō inuenient/in clamoꝛe suo . Uñ Prouerb. j. c. Uocaui et renuistis : extendi manū meā/et nō fuit q̄ aspiceret:et despexistis omne ꝓsiliū meū/ꝛ icrepatiōes meas neglexistis . Et postea mutata ꝓsona/

dicit:Tunc inuocabūt me ꝛ nō exaudiā: mane ꝓsurgēt ꝛ nō inueniēt me.In hac auctoꝛitate tangunt ꝯtruoꝛ vocatiōes: quibus nos vocat dn̄s.ſ.p ꝑdicationē:ibi: Uocaui.Per beneficioꝝ exhibitionē:ibi:Extendi manū.Per inspirationē: ibi:Consiliū meū.Per flagella:ibi:Increpatiōes ꝛc̄.Item Prouerb.xxviij.b.Qui auertit aurē suam ne audiat legem/ oratio eius fiet execrabilis.Dicb.iij.b.Tunc clamabūt ad dn̄m/ꝛ nō exaudiet eos:ꝛ absc̄ꝺet facie suā ab eis i tpe illo: sic̄ neqter ęgerūt i adinuētiōib⁹ suis.Et ꝟ est :Nūq̄d de⁹ audiet clamoꝛē illi⁹.i.in iudicio: a ¶Cū venerit sup eū angustia/oppꝛmes sub se.q.d.nō audiet clamoꝛē illi⁹.i. si clamaret/ñ audiret illū de⁹ ad miserēdū. b ¶Aut poterit i oipotēte delectari:q.d.nō:qz i trenis delectat. Jacob.iij.b.Quicūq̄ voluerit amic⁹ eē hui⁹ mūdi/inimic⁹ dei ꝓstituet .Greg⁹.Aia sine delectatiōe eē nō pōt :aut em̄ delectat i sūmis/aut i ifimis:q̄ vtraq̄ simil ꝛ ęq̄liť amari ñ pñt. Jō dic̄ Ps. Renuit ꝓsolari aīa mea/memoꝛ fui dei ꝛ delecta Ps.76. tus sū. c ¶Et inuocare deū i oi tpe:supple nūq̄d poterit: q.d.nō. Hypocrita ei tñ tpe afflictiōis deū iuocat. Uñ Hiere.ij.f. Uertert ad me tergū ꝛ nō faciē:ꝛ i tpe afflictionis suę dicēt :surge ꝛ libera nos.Glo. Impudēt est/ tpe necessitatꝫ ab eo ꝯꝛe auxiliū /quē in pace ꝓtēpserat . d ¶Docebo vos ꝛc̄. Euulsis hactenus malis:iob moze boni hoꝛtulani recta plantare intendit: Juꝫ illud Hiere.j.b.Ecce ꝓstitui te sup gentes ꝛ regna/vt euellas ꝛ destruas ꝛ disperdas ꝛ dissipes ꝛ ędifices et plantes.Dic̄ ergo: Docebo vos:nō arguam/nō deridebo/sicut vos me: e ¶Per manū dei:nō ex me/sicut vos:qui nō manu dei.i.gratię dei/ꝙ vobis attributis: f ¶Quę omnipotēs habeat: et scire expedit.

Scire expedit quinq̄
- Quid credendū.ſ.articulos fidei.
- Quid faciendum.ſ.p̄ceꝑta.
- Quid vitandū .ſ.peccata.
- Quid timendū.ſ.pena ęterna.
- Quid appetendū.ſ.vita ęterna.

g ¶Nec abscondam:in cauerna inuidię.Sap.vij.b.Sine fictione didici/ꝛ sine fictione communicabo :ꝛ honestatē .i.veritatē/illius.i.sapientię non abscondā . b ¶Ecce vos omnes nostis:quid facere debeatꝫ aut dicere.q.d.sapiētes estꝭ. i ¶Et q̄d sine cā:rōnabili: k ¶Iniq̄.i.supba: l ¶Loq̄mini/oblatrātes ꝫitati.q.d.iob: Bonū scitꝫ/ꝙ ñ faciēs/ideo magis peccatꝫ: qz scienti bonū facere ꝛ nō faciēti: pctm̄ est illi: Jacob.iij.d.Luc.xij.f. Seruus qui cognouit volūtatē dn̄i sui ꝛc̄.Et.ij.Pet.ij.d. Melius erat illi ñ cognoscere viā iustię ꝛc̄. m ¶Hec ē pars hois ipij.ſ.q̄ seq̄t: n ¶Si multiplicati ꝛc̄. Impios vocat infideles : Violētos

dicit oēs/q̄ faciūt iniuriā ꝓximis suis. Vl impij dicūt hereti
ci: q̄ a cognitiōe ſpiritꝰ ⁊ religiōis ſt alieni ꝑ errorē ſuū. Qui
etiā violēti dicunt: qz ſacrā ſcripturā ad ꝓprauū intellectū vio
lent inflectūt: ſic multi hodie faciūt. Sz Aug⁹. dic̄ ſup Geñ.
in ꝓncipio: Nō velimus eū ſenſū ſcripturę eſſe q̄ noſter eſt: ſ
potius ſcripturę ſentē
tiā faciam⁹ nr̄am. Si
multiplicati fuerit:
mō in perdita liberta/
te: a Filij eius:
ad litterā: Vel iunita/
tores: b In gla/
dio erunt. i. in de/
uoratiōe ſentētię dei/
qua dicet: Ite male/
dicti ꝛc: Matth. xxv.
d. De h̄ gladio dr. ſ.
xix. d. Fugite a facie
gladij. Et Deut. xxxij
f. Si acuero vt fulgur
gladiū meū/⁊ arripue
rit iudiciū man⁹ mea.
Ps. 48. Modo ē iudiciū dei
in ore ꝓdicantiū: tunc
erit ī manu dei. Cū q̄ arripuerit iudiciū man⁹ mea: reddā vl
tionē hoſtib⁹ meis. c Et nepotes eius. i. filij filiorꝫ/ad lit
terā: vl q̄ de filiorꝫ errātiū ꝓdicatiōe generant: d Nō ſa/
turabunt pane: ſacrę ſcripturę: Quia vt dic̄ Greg⁹. dū ī ſa
cra ſcriptura plus q̄rūt itelligere q̄ oporteat: ſp a ſpiritꝰ cog
nitiōe ieiuni remanent: ⁊ ſcientiā quā hr̄e voluerūt ad q̄ſtio
nē/hr̄e ñ valēt ad refectionē. e Qui relicꝰ fuerint ex eo
.ſ. ꝓpho: f Sepelient i iteritu. i. q̄ ad lucē ſpiritꝰ nō redie
rint/ ī pęna ꝑpetua depmūt ꝑ ſtrenā itelligētiā. Hiere. xxij.
e. Sepultura aſini ſepelieť/putrefactꝰ ⁊ ꝓiectꝰ extra portas
hierlm. g Et vidue illi⁹. i. plębes ab illis ꝓpus deceptę
⁊ ad ſpiritē regreſſe: q̄ ꝓpus errori ſubiacebāt/q̄ſi marito ſub/
iacet mulier: h Nō plorabūt: ꝺ morte hęreticoꝝ/vl q̄/
rūlibet ipioꝝ. i Si cōportauerit: hęretic⁹ vl hypocri/
ta: k Quaſi terrā. i. terrenā intētionē: l Argentū. i.
eloquiū ſacrę ſcripturę. m Et ſic lutū. i. ſordida mente:
n Veſtimēta ei⁹ ꝓparauerit. i. auctoritateſ/vñ ſe tueat.
o Prępauit q̄dē. i. teſtimonia ſcripturę collegit: p Sz
iuſt⁹ veſtiet illiſ. i. muniet illiſ/oñdēs illa ꝓ ſe facere ⁊ ꝫ hę
reticū: ꝓuincēs illū ex ꝓpꝛijs ſentētijs: ſic dauid goliā ꝓpꝛio
gladio iterfecit. j. Reg. xvij. g. Et amā ī ſtipite quē parauę/
rat mardocheo/ſuſpenſus eſt: Heſter. vij. d. De h̄ dr Zach.
ix. a. Coaceruauit tyrus. i. hęretic⁹ (Tyrus eñ iterꝑtat an/
guſtia) argētū q̄ſi humū: ⁊ auꝝ vt lutū platęauꝝ: ecce dñs poſ
ſidebit eā. q Argentū inocēs diuidet. i. ſacra eloq̄a
diſcrete exponet alijs. Prouerb. xvij. a. Ser⁹ ſapiēs dña/
bit ſtulti filijs: ⁊ iter frēs hęreditatē diuidet. Vl ſic: Argē/
tū inocēs diuidet. i. teſtimōia ſcripturaꝝ/q̄ hęretic⁹ peſtife
re ꝓgregauerat/ſalubrit diſcernit. Eccs. ij. d. Pctōri dedit
de⁹ afflictionē ⁊ curā ſupfluā/vt addat ⁊ ꝓgreget/ ⁊ tradat ei
q̄ placuerit deo. Hoc etiā ad lr̄az q̄tidie videm⁹/q̄ hoēs bo/
ni teſtamēta malorꝫ exequūt ⁊ diuidūt. Prouerb. xiij. d. Cu
ſtodit iuſto ſubſtātia pctōr. r Edificauit: hęretic⁹ vl hy
pocrita: s Sic tinea: q̄ locū ī q̄ hītat corrūpit. t Do/
mū ſuā. i. locū pfidię ſuę ī mērib⁹ ſimpliciū/q̄s hītādo cor/
rūpit. Eſa. l. d. Quaſi veſtimētū ꝺterent/tinea comedet eos.
v Et ſic cuſtos/vineaꝫ: x Fecit/ hęretic⁹: y Um/
braculū: qđ ſine fundamēto eſt/⁊ tpe trāſeūte deſtruit: ſic
reges ꝓmiſſa ab hęretic⁊/poſt hāc vitā nō iuenit. Eſa. ij. c.
Derelinq̄t filia ſion ſic vmbraculū ī vinea. Hęc oīa ad lr̄az
legūt de ipſis. z Dives cū dormierit/ſomno mortis:
Ps. 75. a Nihil ſecū auferet: ex his q̄ habuit. Ps. Dormierūt
ſomū ſuū ꝛc. Diues aūt dr/ñ qz diuitias hz: ⁊ qz eis habitꝫ tu
met. Eccs. v. b. Qui amat diuitias / fructū nō capiet ex eis.
Hiere. xvij. b. Fec̄ diuitias ⁊ ñ ī iudicio: in medio dierꝫ ſuoꝝ
derelinq̄t eas. b Aperiet oculos ſuos: iteriores/p⁹ morte.

c Et nihil iueniet/de his q̄ ſōniādo tenebat. Eſa. xxix. c.
Sic ſōniat eſuriēs ⁊ comedit: cū aūt fuerit exp̄gefact⁹/vacua
eſt aīa ei⁹: ſic erit multitudo oīm q̄ dimicauerūt ꝓtra montē
ſion. Greg⁹. Cū corp⁹ dormit ī morte: aīa vigilat iſa cogni
tiōe: Et tūc videre cogit/qđ h̄ videre ꝓtēpſit: Ut patet i di/
uite epulone: q̄ ī infer/
no poſit⁹/laçaꝝ vidit/
quē ad ianuā ſuā etiā
audire noluit: Luc.
xvj. f. d Apprē/
det eū q̄ſi aq̄ inopi
a/ois boni. Vñ di/
ues in inferno/cogēte
inopia/ad minia peten
da. i. guttā aq̄ cōpul⁹
ē. Vñ Greg⁹. Guttā
aq̄ petit/ q̄ micā pa/
nis negauit. e Mo/
ete opprimet eum
tēpeſtas. i. turbo iu/
dicij. Mocte dicit die
iudicij/ꝓpt incognitū ⁊
repētinū aduentū ei⁹.
Vñ .j. Theſſal. v. a.
Dies dñi ſic fur in nocte ita veniet. Vl dicit nocte/tps mor/
tis. Luc. xij. c. Stulte hac nocte animā tuam repetūt a te.
f Tollet eū vent⁹ vrens. i. diabol⁹: q̄ illos q̄s ſuccēdit
nūc igne puerſę ꝓcupiſcētię: poſtmodū rapit ad flāmas ge/
hennę. De hoc vento dicit Amos. iiij. c. Percuſſi vos ī vē
to vrente. g Et velut turbo. ſ. repente: h Rapiet
eū/in infernū. i De loco ſuo. i. de mundo/in cui⁹ amo/
re delect. Oſeę. viij. b. Ventū ſeminabunt/⁊ turbinē metēt.
k Emittet/ dñs/ſuper eū/flagellū qđ ñ poterit effugere.
Hic dic̄ Greg⁹. Quotiēs de⁹ peccatorē ferēdo corrigit/ ad
h̄ flagellū emittit vt parcat. Sz reꝓbi flagello dñi abutun
tur ſępe/murmurādo/nec ſe emēdando: Vñ ſequit: l Et
nō parcet/ in futuro. Vl ſic: Emittet/de⁹ hic flagellu⁊. ſ.
ſuper eū: ⁊ ñ parcet/hic/vt ī futuro parcat. m Dema
nu eius. i. de vindicta ſiue pcuſſione futura. n Fugiēs
fugiet: puitatē ſuā corrigēdo. Greg⁹. De manu dei feriēť
fugit: q̄ ſe corrigit. Vl: de manu ei⁹. i. opatiōe ſiue exēplo
pcuſſi fugiens pctm̄: q̄libet qui viderit fugiet vindictam dei.
Prouerb. xix. d. Peſtilente flagellato/ ſapiētior erit paruu/
lus. o Stringet ſuper eū man⁹ ſuaſ: q̄libet. ſ. vila pę
na impij/reſtringet opa ſua diſſoluta. Vñ Ps. Dan⁹ ſuas Ps. 57.
lauabit in ſanguine pctōris. i. pęna illi⁹ viſa/purgabit opera
ſua. p Et ſibilabit ſuper illū. i. admirabit ī iferno/vel
in p̄ſenti: q Intuens locū eius/in tormentis. Soph.
ij. d. Omnis q̄ tranſit ꝑ eā / ſibilabit ⁊ mouebit caput ſuum.
Hiere. l. c. Omnis q̄ trāſibit ꝑ babyloñ/ſtupebit ⁊ ſibilabit
ſup vniuerſis plagis eius.

Exposi. Ca. XXVIII.

r Habet argentū ꝛc. Dixerat iob ſup parū: Argen
tū inocēs diuidet. i. ſacrū eloquiū diſcrete exponet:
Sz qz hęretici/q̄ ꝑ eliphaz ⁊ baldath/ꝓtra q̄ſ iob diſ
putat deſignant/ de nitore ſui eloquij gl̄oriant: nulla tñ ſa/
crę ſcripturę auctoritate illud ꝓfirmantes: ideo iob oñdit de
q̄ materia debeat ſumi argētū ſacri eloquij ſiue ſanctę ꝓdica
tionis/ dicēs: Habet argentū venarū ſuarū prin/
cipia. i. recta prędicatio originē habet a ſacra ſcriptura. Vñ
qui vere loqui deſiderat: ab ea/neceſſe eſt/ vt originē ſumat:
vt dicit Greg⁹. Vñ Hiero. Moli mihi credere/niſi quod di
xero: de veteri vel de nouo teſtamento oſtendero tibi eſſe de
riuatum. Sed dicet aliquis: Thema debet ſumi a canone/
alia vero de ꝓpꝛio ſenſu pūt inueniri/ vel de alijs philoſo/
phis adduci. Cōtra hoc dicit Interliñ. Nō eſt abſolut⁹ de/
bitor qui multa reddidit/ſed q̄ oīa. Eſa. xl. b. Super mon/
tem excelſum aſcende ꝛc. Ibi Glo. ſuper chriſtum: vt nihil
aliud nuncies/niſi quod ab ipſo habes. Prouerb. xx. c. Au/
rum ⁊ multitudo gemmarum ⁊ vas prec̄ioſuꝫ/labia ſcientię.
Prouerb. x. b. Vena vitę os iuſti ꝛc.

a Et auro. i. claritati vite ⁊ sapiētię: b Locꝰ est in q̄ ꝓflak. i. purgak iniq̄ꝝ. s. pſecutio: i q̄ fidelīū sapia q̄si aur in fornace, pbak. j. Petri. j. b. Vnde dicū nūc si oporet ꝓristari in varijs tēptationibꝰ / vt pbatio fidei vr̄e multo pciosior sit auro / q̄ p ignē pbak. Vel auro. i. viro iusto: locꝰ est in q̄ cōflak. s. sctā eccl'ia.

Et hoc dicit iob ꝓtra hereticos / q̄ se multa pati pro christo gloriank / ⁊ martyres fieri sperāt / ⁊ frustra: Extra eccl'iam em̄ pati possūt / ⁊ martyres fieri nō possunt: q⁊ locꝰ

o. dis. c. ferrū.

Alt. ⁊ diuidet.

ē in q̄ ꝓflak aur. s. eccl'ia. Nec ex̄no fulgore pōt claresc̄ere / nisi pus in officina charitat̄ accēdak. Vñ. j. Cor̄. xiij. b. Si tradidero corpꝰ meū ita vt ardeā / charitatē aūt nō habeā / nihil mihi ꝓdest. Deut. xij. b. Caue ne offeras holocausta tua in oīi loco quē videris: ⁊ in eo quē elegerit dñs. Ybi Glo. mystice innuit / nullū munus acceptabile deo extra eccl'iaꝫ. c Ferrū de terra tollit. i. fort̄ pugnatoꝛ eccl'ię / de ⁊renoꝛ dilectiōe sepak: vt patet in matthęo / quē de telonęo vocauit dñs ad p̄dicādū euāgeliū: Matth. ix. b. Et in paulo / quē pſequētē eccl'iaꝫ: ad eccl'ię defensionē vocauit: Act̄. ix. a. Et b dicit iob ꝓtra hereticos: q̄ de sua iustīcia falsa gloriātes / catholicos p̄dicatoꝛes vel esse vel fuisse iniq̄ cruminātur. Sꝫ male: q⁊ etsi fuer̄t mali / mō nō sūt: q⁊ ferrū de terra tollitur. i. p̄dicatoꝛ de terrenoꝛ dilectiōe sepatur. Matth. iij. b. Potēs est deꝰ de lapidibꝰ istis suscitare filios abrae. Hiere. j. d. Ego dedi te hodie i ciuitatē munitā / ⁊ i colūnā ferreā: ⁊ murū ęneū sup oēm terrā. d Lapis. i. pus obstinatꝰ ⁊ frigidus: e Soluꝰ caloꝛe. i. igne charitat̄ mollitꝰ ⁊ calefactꝰ: f In ęs vtitur. i. i p̄dicatoꝛē patientē ⁊ bñ loq̄ntē. Hęc est mutatio dextere excelsi. Esa. xl. g. Qui ꝓfidūt in dño / mutabūt foꝛtitudinē. Vñ aūt hęc mutatio sit oñdit: Quia. s.

Ps. 76.

g Tps posuit tenebꝛis. i. modum ꝓstituit pctōꝛibꝰ / in q̄ iniq̄ esse desistāt. Ro. xiij. d. Nox p̄cessit t̄c. Eph̄. v. b. Erat̄ aliq̄n tenebꝛę / nūc aūt lux i dño. h Et vniuersoꝛ. s. electoꝛ ⁊ reꝓbatoꝛ / finē ꝓsiderat. Videt em̄ terminū / q̄n electi ex malo mutenk i bonū: ⁊ videt finē q̄ reꝓbi ex malo trahenk ad supplicīū. Videt etiā gentilitat̄ finē: q̄ q̄nq̄ luce fidei clarescēt. Ite vidit iudęoꝛ terminū: q̄ tenebꝛis pfidię excęcarenk. Et b est qō seq̄t: i Lapidē q̄z caliginis. i. iudęū / crudelitate durū: ⁊ ifidelitate obscurū: k Et vmbrā moꝛt̄. i. eundē iudęū: q̄ vmbra moꝛt̄. i. imitatoꝛ diaboli dꝛ: q⁊ illius iniq̄tatē seq̄ns / imaginē eꝰ i se expſſit: l Diuidit: vl / diuidet: m Toꝛrēs a populo pegrinātę. i. ignis a ꝓspectu iudic̄ velocit̄ egrediēs in die iudicij / sepabit reꝓbos ab electis: q̄ in h̄ mūdo pegrini hāc vitā sibi reputāt exilīū / ad patriā suspirātes. ij. Cor̄. v. b. Bonā voluntatē habem⁹ magꝛ pegrinari a corpe / ⁊ p̄sentes esse ad deū. Hęb. xj. c. Defūcti sunt oēs isti: nō accęptis ꝓmissiōibꝰ / ⁊ a longe eas aspiciētes ⁊ salutātes ⁊ ꝓfitentes: q⁊ pegrini ⁊ hospites sūt sup terrā. Hi sunt illi q̄ dicunt Hęb. xiij. c. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē: ⁊ futurā inq̄rim⁹. Ite. j. Petri. ij. b. Obsecro vos tāq̄ aduenas ⁊ pegrinos / abstinere vos a carnalibus desideriis. Gen̄. xlvij. a. Ad pegrinādum i terrā tuā venim⁹. Cyꝓrianus: Philosophātibus tot⁹ mūdus exilīū est. De h̄ aūt toꝛrēte dꝛ Danie'. vij. c. Fluui⁹ igneꝰ rapidusq̄ egrediebak a facie eiꝰ. Hic erit vehiculū / malox in gehēnā / ⁊ bonox i patriā. Pōt etiā dici toꝛrēs / p̄dicatio euāgelij: q̄ mētes reꝓboꝝ deserēs / ⁊ ad coꝛda būilīū se ꝓuertēs: diuisit lapidē caligis ⁊ vmbrā moꝛt̄ a ꝑpl'o pegrinante. i. iudęos īcredulos / a ꝑpl'o gentili / q̄ credidit. De h̄ toꝛrente dꝛ Prouerb̄. xviij. a. Eliqua ꝓfunda verba ex oꝛe viri: ⁊ toꝛrēs redundās / fons sapię. Quos aūt dixerit lapidē caligīnis ⁊ vmbrā moꝛt̄ / determinat. s. n Eos q̄s ob

abcdefgh i klm n o

p de q̄ oꝛiebak panis in locō qrstvxyz suo † igni subuersa ē. Locus abcdefgh saphiri lapides eius: ⁊ glebę illius aurū. Semitā ignoꝛauit auis: nec intuitꝰ est † ocul'os vulturis. Non calcaueruūt eā filij institoꝝ: nec pertransiuit per eā leęnā. Ad silicē b extendit manū suam:

litꝰ ē pes egēt̄ hois ⁊ iuios. i. iudęos: q̄s p̄dicatoꝛes / q̄ dicunk pedes egēt̄ hois. i. christi paupis / nō habēt̄ vbi caput reclinaret: q̄si obliti reliq̄ūt: q⁊ inuij erāt ꝙbo dei / trāstulerūt se ad gētes. Act̄. xiij. g. Uob oportebat p̄mū loq̄ ꝙbū dei: ⁊ q⁊ repellit̄ illud ⁊ idignos vos iudicat̄ vitę ęternę: ecce ꝓuertimur ad gētes. Matt. 8. c.

Qual' aūt iudęa ꝓus fuerit: ⁊ q̄d postea ptulerit oñdit: o Terra ō q̄ oꝛiebak panis. i. iudęa / de q̄ exībāt ꝙba legt̄ / ad reficiendū aīas: Juxt̄ illud Esa. ij. a. De sion exibit lex ⁊c. p In loco suo: supbię ⁊ ifidelitat̄: q Igni: inuidię: r Subuersa est: ꝓtra christū ⁊ apl'os / visis miraculis eoꝝ. Alt. ⁊ est eā o. et l°

B

transijt/imber abijt et
recessit. Trāseūte q̄/
pe hyeme/imber rece/
dit: q; cum vita p̄sens
pagit/i q̄ nos ig̃rātię
nubilo obuoluimur:
oīe misteriū p̄dicati/
onis cessabit: q; tunc
clari⁹ videbim⁹ qđ mō
in p̄dicatiōe audim⁹.
Unū Ps. Sic audiui/ Ps. 47.
m⁹/sic vidim⁹ in ciuitate dñi virtutū. Precipit g̃ dñs niui et
pluuijs hyemis/vt in ẽrā descēdāt/dū aspiratione spūssancti
corda p̄dicatoꝝ ꝓ corrigēdis pctōrib⁹ būiliat. m Et im/
bri fortitudis. Silr imber fortitudis/est p̄dicatio diuinita
tis: Imber ꝟo infirmitat⁹/ē p̄dicatio hūanitat⁹. Imbrē forti/
tudinis pluebat iobes cū dixit: In pncipio erat ꝟbū: et ꝟbū Job. 1. a.
erat apud deū/et deꝰ erat ꝟbū. Imbrē infirmitatis pluit: cū
dixit: Uerbū caro factū ē/et hītauit i nobis. Imbri igit fortı/
tudinis p̄cipit vt in ẽrā descēdat. i. sublimē deitatis p̄dicatio/
nē ꝑ̄n capacitatē audiētiū tempari iubet. n Qui i manu
oim hoim signat/vt nouerint singuli opa sua. i. im/
bre fortitudinis descēdente in ẽrā/facit vt hoies q̄ pus nole/
bāt attēdere mala q̄ fecerāt/subtilꝰ vitā suā inuestigāt. Uel
sic: Qui i manu oim hoim signat/vt nouerint sin/
guli opa sua. i. ꝓ bona opa p̄dicatoꝝ facit vt singuli audi/
toꝛes noscāt opa sua. Unū Jaco. v. b. Exemplū accipite frēs
laboris et patiētię/ꝓphas q̄ locuti sūt i noie dñi. Uel sic: Qui
i manu oim hoim ꝛc. i. q̄ tales fec̄ oēs hoies vt et singli
noscāt opa sua. Lege em̄ nature: vt dicit Greg⁹: cōpellit hō
scire siue rectū seu prauū sit qđ opat. Et h̄ ꝓbat Greg⁹/hoc
mō: Si bona se facere nesciūt/cur aliquib⁹ factis i oblectatiōe
gl'iant? Rursū: si mala se agere ignorant: cur in eisdem factis
alienos oc'los declināt? Sed't: o Ingredietur bestia ꝛc.
Mō est pfect⁹ doctoꝛ/q̄ docet bonū vt fiat/nisi doceat malū
ne fiat. Jdeo post q̄s de ꝟtutib⁹ nubiū egit: subiūgit de mali/
cia et ipugnatiōe aduersarij/dicens: Ingredietur bestia:
. i. diabol⁹: q̄ oīe bonū vastat. De q̄ dī Esa. xxxv. d. Mala
bestia nō ascēdet p eā/nec inueniet ibi. p Latibulū suū. i.
antichristū: quē replebit ī q̄ latebit: q; se bonū simulabit an/
tichristus. q Et in antro suo morabit. i. i antichristo: Ps. 9.
inde insidiās trāseūtib⁹. Ps. Insidiat i absc̄dito q̄si leo i spe
lūca sua. Notādū aūt q diabol⁹: ꝓmo pulsat p suggestionē.
Beñ. iij. a. Quare p̄cepit vobis ꝛc. Intrat p cōsensum. Unū
illud: Ingredietur bestia latibulū suū. Stat p pecca/ Ps. 36.
ti ppetrationē: Unū Ps. Et diabol⁹ stet a dextris ei⁹. Dor/
mit p ōlectationē: Infra. xl. c. Sub vmbra dormit. Morat
p cōsuetudinē. Unū illud: Et i antro suo morabit. Hiere.
iij. d. Usq; quo morabunt i te cogitatiōes noxie: Ut/in an
tro suo morabit. i. in cordib⁹ iudęoꝝ: q̄s q̄si ꝓprīū antrū
possidet/morā in eis faciens: q; ꝓ pus noxias cogitatiōes vsq;
ad iniq̄ desideria: et desideria vsq; ad iniq̄ssima opa pduxit:
q̄ ex malicia christū pilato feriendū tradiderūt. Unū sequit:
r Ab interioꝛib⁹ egrediet tēpestas. i. a iudęis pleq̄s
malicia. s Et ab arcturo frigus. i. a gentilib⁹ potestas
pmēs: Ex inuidia em̄ iudęi impetrauerūt vt gētilis iudex. i.
pilat⁹ romana auctate christū occideret. t Flante deo:
in fidelib⁹ suis: v Cōcrescit gelu. i. roꝛpoꝛ inuidię i infi/
delib⁹. Quāto magis em̄ sācti spūsancto aspirati maiora mi/
racula faciebāt: tāto maioꝛi inuidia infideles ꝛ̄ christū et suos
exardebāt. x Et rursū latissime fundunt aq̄s: ex gelu

resoluto: qz chr̃ist⁹ postꝫ iudeoꝝ ſeuitiã vſꝫ ad mortẽ ptulit/ amoꝛis ſui aſpiratiõe coꝛda eoꝝ ab infidelitatis duricia liq̃/ fecit. Vñ Greg⁹. Aq̃ ex gelu currunt: qz plerꝫ ex duris pſe/
Ps.147. cutoꝛib⁹/magni p̃dicatoꝛes fiũt. Vñ Ps. Emittet ꝯbũ ſuũ ⁊ liq̃faciet ea/flauit ſpũs ei⁹ et fluẽt aq̃/ad deũ. i. pl'us electus:

De q̃ ſubdit: a Frumentũ. i. pl's electoꝝ cęleſtib⁹ hoꝛreis recõdendus: b Deſiderat nubes. i. p̃dicatoꝛes: vt cõplutus creſcat. Hoc frumẽtũ electoꝝ mõ pmixtũ ẽ cum palea repꝛobozũ quouſq; ſupnus agricola vẽtilabꝛo iudicij diſcutiat: ⁊ electos q̃ſi grana mũda ĩ cęleſtib⁹ hoꝛreis cõdat: paleas ꝯo ignib⁹ tradat. Vñ Matth. iij. c. Cui⁹ vẽtilabꝛ ĩ manu ſua: ⁊ pmũdabit areã ſuã/⁊ congregabit triticũ in hoꝛreũ ſuũ: paleas aũt cõburet igni inextiguibili. De hoc deſiderio q̃ frumẽtũ deſiderat nubes/dicit Thren. iij. a. Paruuli petierũt pane/⁊ nõ erat q̃ frangeret eis. Luc. x. a. Meſſis quidẽ multa: operꝝ aũt pauci: rogate g̃ dñm meſſis vt mittat operꝝios in meſſem ſuã. Qui hic frumentũ dicunt: ibi meſſis vocant: ſcz electi. Qui ꝯo h̃ nubes: ibi operꝝ vocant. ſ. p̃dicatoꝛes: q̃ nubes ſũt ⁊ operꝝ. Nubes p doctrinã: operꝝ p vitã. Nubes/qz ꝯbis pluũt: operꝝ/qz faciũt qõ dicũt. Vñ ſequit: c Et nubes ſpargũt lumẽ ſuũ. i. doctrinã ſuã docẽdo ⁊ opando. Greg⁹. Nubes lumẽ ſuũ ſpargere/ẽ ſctõs p̃dicatoꝛes exẽplis vitę ⁊ agendo ⁊ loquẽdo dilatare. d Quę luſtrãt cũcta p circũitũ: luce verbi ⁊ exẽpli. Vñ de capite p̃dicatoꝝ ſcripti ẽ Matth. ix. d. Circũibat ieſus oẽs ciuitates ⁊ caſtella/docẽs. Heb. xj. g. Circũierũt in meloꝛis. Sed ne crederet q̃ nubes ductu ꝓpꝛio regant: et nõ potius nutu diuino/ſubdit:

e Quocũq; eas volũtas gubernãtĩ duxerit: ſupple ſpargũt lumẽ ſuũ. Eſech. j. d. Ubi erat impet⁹ ſpũs: ibi gradiebant ⁊ rotę. f Ad oñe qõ ꝯceperit illis ſup faciẽ oꝛbis terꝝ. q. d. nõ q̃ volunt ire/eunt: nec qõ agere/ſemp agũt: ſz q̃ ⁊ ad q̃d duxerit hos diuina volũtas/eo ⁊ ad hoc vadũt. Pꝛouerb. xvj. b. Coꝛ hoĩs diſponet viã ſuã: ſz dñi ẽ diꝛigere greſſ⁹ ei⁹. Pꝛędicatoꝛes em̃ ſępe aliq̃b⁹ p̃dicare cupiũt: ſz nequeũt: Sępe etiam aliq̃s delinare q̃rũt: ⁊ illuc ire inſtinctu diuino cõpellunt. Vñ cũ paulus veſtimẽta ſua excutiẽs/vellet diſcedere a coꝛinthijs/audiuit: Noli timere/ſz loq̃re ⁊ ne taceas/qm̃ tecũ ſũ: ⁊ nemo apponet tibi vt noceat te: qm̃ multus ẽ mihi ꝓpl's ĩ hac ciuitate: Act. xviij. c. Itẽ cũ ad theſſalonicẽſes voluit ire/retent⁹ eſt. Vñ. j. Theſſal. ij. d. Voluim⁹ venire ad vos: ego quidẽ paul⁹ ⁊ ſemel ⁊ iterũ: ſed impediuit nos ſathanas/occulta dei diſpenſatione. Itẽ p̃dicatoꝛes plerũq; aliq̃s ſtudent blande coꝛrigere: ⁊ tñ eoꝝ ſermo vertit in aſpitatẽ. Aliq̃ aliq̃s volũt aſpe increpare: ſz rigoꝛ eoꝝ p mãſuetudinis ſpm̃ refrenat. Pꝛouerb. xvj. a. Homis eſt animũ ꝓpare: ⁊ dñi eſt gubernare linguã. Itẽ in eodẽ. xxj. a. Sic diuiſiões aquaꝝ: ita coꝛ regis ĩ manu dñi: quocũq; voluerit inclinabit illud. g Siue in vna tribu/ſiue in terra ſua/ſiue in quocũq; loco miſcõię ſuę eas iuſſerit inueniri: ſupple illuc vadũt: ⁊ ibi inuenient p̃dicatoꝛes: qz nõ ſuis ſz dei nutib⁹ ducunt. Una tribũ/dicit h̃ tribũ iuda: q̃ p̃ ceteris dariꝛ fuit. Terrã ſuã/dicit omnẽ iudeã. Locũ miſcõię vocat gentilitatẽ. Et inuit hic/q̃ dñs aliq̃ ſoli tribui iudę p̃dicatoꝛes ſiue ꝓphas cõtulit: pene toto iſrael idolis ſeruiente/a tpe hieroboã vſq; ad captiuitatẽ babylonicã. Aliq̃ in tota iudea bas nubes pluere fecit: q̃. ſ. poſt captiuitatẽ pl'm iſrl'iticũ ad antiquã gratiã reuocauit. Poſtea ꝯo ad gentilitatẽ miſit p̃dicatoꝛes. Nubes g̃ dñs quocũq; voluit duxit: ſiue in vna tribu. i. in tribu iuda: ſiue i terra ſua: ſcz dei in tota iudea: ſiue i quocũq; loco miſcõię ſuę eas iuſſerit inueniri. i. in gẽtilitate/ q̃ ex ſola miſcõia recõciliatione acceꝑit: Ju-

dei ꝯo ⁊ ex miſericoꝛdia ⁊ ex veritate: quia eis fuit pmiſſus chr̃iſt⁹/ nõ gentib⁹. Vñ Roma. xv. b. Dico em̃ chr̃iſtũ ieſum fuiſſe miſtrũ circũciſiõis ꝓpter veritatẽ dei/ad cõfirmãdas pmiſſiões patrũ: gẽtes aũt ſup miſcõia honorare deũ. h Auſculta hęc ꝛc. Dic apte arrogantiã ſuã oſtẽdit heliu: Oꝛ em̃ multa ꝓphice et ſublimiter dixerat: ideo iob q̃ſi coꝛpentẽ ⁊ inſciũ ad audiẽdum iuitat/dicẽs: Auſculta hec iob/quę dixi. i Sta. i. ſurge vt ſtes qui iaces p pigritiã et ignoꝛantiam: k Et cõſidera mirabilia dei/ſtãs nõ iacẽs: q̃ faciũt qui opa dei miꝛant p contẽplationẽ: ſed ad ea nolũt aſſurgere p imitationẽ. Stare quidẽ/eſt bñ agere. j. Cozinth. x. b. Qui ſe exiſtimat ſtare/ videat ne cadat. l Nũquid ſcis q̃ ꝯcepit de⁹ pluuijs. i. ꝯbis p̃dicatoꝝ: m Et oſtẽderet/auditoꝛib⁹: n Lucẽ nubiũ ei⁹. i. claritatẽ quã habent ipi p̃dicatoꝛes. Per verba em̃ p̃dicationũ agnoſcit vꝛtus p̃dicatoꝝ: qui ſi taceant/reliquis homib⁹ ſil'es/aut longe deſpectiores vident. Sed cũ loqui cęperint/pſecutiõibus et cõtumelijs pſſi/in quãtã virtutis arcẽ pfecerint innoteſcũt: ⁊ viſione deſpecti/loquẽdo tñ vñ timeant oſtẽdũt: Vñ paulo coꝛinthijs dicebãt: Epiſtolę graues ſunt ⁊ foꝛtes: pſentia aũt coꝛpis infirma/⁊ ſermo cõtemptibilis. ij. Cozinth. x. c. Plerumq; ſancti p̃dicatoꝛes oſtendere ſe vt pſint/cupiũt/⁊ non poſſũt: aliq̃n latere appetũt vt quieſcãt/⁊ nõ pmittunt. Et iõ nemo ſcit q̃ lucẽ nubiũ pluuię oſtẽdũt. i. nemo nouit q̃ de⁹ virtutẽ p̃dicationi p̃beat/vt p̃dicatoꝛis gl'ia clareſcat. Dicit ergo heliu: Nũquid ſcis q̃ ꝯcepit deus pluuijs vt oſtẽderet lucẽ nubiũ eius: q. d. nũquid apꝛehendis q̃ dñs p̃dicatoꝛes ad loquẽdũ repletiõe ſpũſſcti impellat: ⁊ q̃b⁹ mõis claritatẽ vitę eoꝝ mũdo innoteſcat: q. d. nõ. Vñ ſ̃bdit:

o Nũqd noſti ſemitas nubiũ ei⁹ magnas: i. bene viuẽdi vias: q̃b⁹ p̃dicatoꝛes nõ ſolũ ſub ꝯceptoꝝ/ſed ⁊ ſub cõſilioꝝ cuſtodia coangunt. Vita quidẽ p̃ſens/via eſt: ſz cenſura bñ viuendi/ſemita eſt. Arta quidẽ ĩ p̃ncipio: ſed paulati dilatatur. Vñ Pꝛouerb. iiij. b. Ducã te p ſemitas equitatis/quas cũ ingreſſ⁹ fueris/ nõ artabunt greſſus tui: ⁊ currẽs nõ habeb̃ offendiculũ. Et infra. c. Juſtoꝝ ſemita q̃ſi lux ſplẽdẽs pcedit ⁊ creſcit vſq; ad pfectã diẽ. Greg⁹. De bui⁹ mũdi cõcupiſcẽtia nihil h̃e/aliena nõ appetere/ ꝓpꝛia nõ tenere/laudes mundi deſpicere/ p deo oppꝛobꝛia amare/gloꝛiã fugere/ deſpectũ ſequi/adulãtes deſpicere/deſpiciẽtes honoꝛare/mala nocentiũ ex coꝛde dimittere/erga eos etiã gratiã dilectõis ĩmobilẽ ĩ coꝛde retinere: Semitę hęc magnę: qz q̃nto h̃ magꝛ anguſtant: tãto ampli⁹ ĩ ęterna retributiõe dilatant. p Et iterũ: nũq̃d noſti pfectas ſciẽtias eoꝝ: Greg⁹. Perfecta ſciẽtia/ẽ cũcta ſollicite agere: ⁊ ſe de ſuis meritꝛ ſcire nihil eẽ. Ad quã ſciẽtiã mõet dñs apl'os Luc. xvij. c. Cũ feceritꝛ oĩa q̃ p̃cepta ſũt vobis/dicite: ſerui inutiles ſum⁹. Beat⁹ Berñ. Sciẽtia ſanctoꝝ eſt tpaliter flagellari/⁊ in ęternũ gl'iari. Itẽ Greg⁹. Jn hoc mũdo dũ viuim⁹/tũc pfecte q̃ ſciẽda ſũt/ ſcimus: cũ ꝓficientes p intelligẽtiã nil nos pfecte ſcire cognoſcimus. q Nõne veſtimẽta ꝛc. Hoc generaliꝛ de eccl'ia/ cui⁹ typũ gerit iob: ſpecialiter ꝯo de ipſo iob exponit. Per veſtimẽta coꝛpi adhęrẽtia/ſignificant diſcipuli magiſtris bñ viuẽtib⁹ adhęrẽtes. Sicut em̃ veſtimẽta caloꝛẽ a coꝛpe recipiunt/⁊ in ipm̃ coꝛp⁹ caloꝛẽ illũ poſtea refundũt: ſic diſcipuli a magiſtris caloꝛẽ fidei ⁊ ſanctitatis recipiũt: quẽ poſtmodũ in ipos refundũt: qz magiſtri videntes feruoꝛem diſcipuloꝝ/ in amoꝛem boni amplius accenduntur. Veſtimenta ergo eccleſię/ſunt omnes qui ei fidei adunatiõe iũgunt. De quibus eidẽ eccl'ię dr̃ Eſa. xlix. e. Viuo ego dicit dñs: qz his omnib⁹ velut oꝛnamẽto veſtieris. Veſtimẽta ꝯo iob et vniuſcuiuſq;

recte viuentis/ sunt: quotāt ei cōcorditer adhērēt. Igit dum
ꝓbo doctoꝝ accendunt auditores: ās̄i ex viuēti corpe vestimē
ta caleſiūt. Sz cū ex ꝓfectu auditoꝝ etiā doctorū vita ꝓficit:
ās̄i ex calefactis vestimētis calor ad corp⁹ redit. Nec hoc sibi
possūt doctores attribuere q̄ auditores ꝓficiūt: qz nisi spūs/
sanct⁹ corda eoꝝ reple
at/ ad aures corporis
vox doctoꝝ incassū so
nat. Formare q̄dē vo/
cē exteri⁹ ingr̄i possūt:
hanc ꝓbo impmere in/
terius nō possūt. Unde
j. Corꝛ. iij. b. Neq; q̄
plātat aliq̄d est/ neq; q̄
rigat: sz q̄ incrementū
dat de⁹. Meliu ꝓbo vo/
lens repmere supbiaz
iob dic̄: Mone vesti
menta tua calida
sunt/ cū pflata fue/
rit terra. i. corda au/
ditoꝝ: a Austro. i.
spūsancto. De q̄ Cantꝛ. iiij. d. Surge aq̄lo z veni auster. Ac si
apte diceret heliu: incassū tibi attribuis si aliās p te ꝓfecisse i
ꝓximis ꝓtēplaris: qz nō est b a te: sz a spūsancto. b Tu for
sitā zc̄. Post verba iactātię/ verba irrisionis subiūgit heliu.
Tu forsitā cū eo. i. cū deo: c Fabricat⁹ es cęlos/ ma
teriales: vel spūales. i. angelicos spūs. De q̄b⁹ Matth. vj. b.
Fiat volūtas tua sic̄ in cęlo z in ꝛra. i. sic̄ in angelica creatura: ita
z in hūana. De q̄b⁹ bñ sequit: d Qui solidissimi ās̄i ere
fusi sūt: Uel/ fundati. i. nlla pcti rubigine possibiles cōsumi.
Natura q̄ppe ęris est rubigine difficile cōsumi: z angeli q̄ pfti
terūt/ fixi in amore dei/ iā nulla surripiēntis culpę labe siue rubi
gine possūt mōrderi. Possūt etiā p cęlos/ electoꝝ mētes cęle/
stib⁹ inhęrētes designari: q̄ solidissimi ās̄i ere fusi sunt:
qz ab integritate cęptę fortitudinis nlla mutabilitatis rubigi/
ne cōsumūt: Quib⁹ fortit̄ i aduersis durātib⁹: dic̄ dñs: Uos
estis q̄ pmāsistis mecū in tēptationib⁹ meis: Luc̄. xxij. c. Itē
deridendo subiūgit heliu: e Ostēde nobis q̄d dicam⁹
illi. i. deo. q. d. nos i tenebris ignorātię iuoluimur: tu aūt iam
fruer̄ luce magnę intelligētię: z iō debes nos docere. f Nos
q̄ppe iuoluimur tenebr̄: ignorātię. Post irrisionē despi
ciēdo subiūgit: g Quis narrabit ei. i. deo: h Que lo
quor: q. d. de laudib⁹ dei acute sentiēs/ mlta locut⁹ sū: z loq̄r
etiā inaudita: z q̄s enarrare poterit ei/ etiā cū audierit: q. d. tu
nō poter̄. i Etiā si locut⁹ fuerit hō/ de deo. s. k De/
uorabit/ hō. i. deficiet: qz fari ineffabilē cupiēs/ ignorātię sue
angustia deglutit. Greg⁹. Quō em̄ pōt loq̄ caro de spū: circū
script⁹ de incircūscripto: creatura de creatore: tpalis de ętno:
mutabilis de īmutabili: mortalis de viuificante: cęc⁹ de luce:
Sic se abrāā deuotū oñdit/ cū dixit: Loq̄r ad dñm meū cū
sim puluis z cinis: Geñ. xviij. d. Itē Dañ. x. b. Uidi visionē
hāc: z nō remānsit i me fortitudo: sz spēs mea īmutata est i me/
et emarcui. Dō ꝓbo pōt hō loq̄ de deo: qz de⁹ fact⁹ ē hō/ mor⁹
z visibilis. Baruch. iij. d. In ꝛra inq̄t visus ē/ z cū hōmib⁹ cō
uersat⁹ ē. Tūc ꝓbo nōdū cognit⁹ erat de⁹ i ꝛris: Unde recte sub/
dit: l At nūc/ dicit heliu: m Mō videt: boies: n Lu/
cē/ deitatis: quā postea viderūt. Unde Esa. ix. a. Pplus gentiū
q̄ ambulabat i tenebris/ vidit lucē magnā zc̄. Qualit̄ aūt ħ lux
videaꝝ ab hoib⁹/ subdit: o Subito aer cogit̄ i nubes. i.
mens fluida/ virtutis robore solidat̄. Oz aūt noīe aeris mens
fluida varīs desideriis intelligat̄/ dī Sap̄. ij. a. Spūs diffun
detur tanq̄ mollis aer: z trāsiet vita nr̄a tanq̄ vestigiū nubis.
Aer/ fuer̄t apli: cū p varia desideria sparsi/ curę piscatiōis intē
debāt. Sz subito aer i nubes coact⁹ ē: cū de vanis piscatoib⁹
facti sunt firmi ꝓdicatores/ more nubiū aq̄s scię cōtinētes: q̄/
bus ꝛra ecclię irrigauerūt: q̄ pacto misterio/ ad cęli secreta re/
cepti sūt. Unī bñ subdit: p Et vent⁹ trāsiēs. i. curs⁹ vitę p̄/
sentis: q Fugabit eas/ a superficie ꝛre. s. in morte. Greg⁹.
Uentus trāsiens/ nubes fugat: qz vitę tpalis excursus a carne
apl̄os subtrahit/ z eos i secreta reqe ās̄i i cęlor̄ cardine absc̄o
dit. Sz qz apli p̄dicaueꝛt vsq; ad mortē: q̄d laboꝛe eoꝝ agak
in eccl̄ia/ subdit: r Ab aq̄lone aurū veniet. i. a gentili/
tate p̄ciosa vita fideliū. s Et a deo formidolosa lau/
datio. i. ab hebręis fidelib⁹/ q̄ videtes gentes q̄uersas/ diuia
iudicia formidādo lau
dauerūt. Unī Act̄. xj.
c. cū petr⁹ frib⁹ retu/ Act. 11 venit
lisset/ quō corneliū et
eos q̄ cū eo erāt bapti
zasset/ dī: Dis audit̄
tacuer̄t/ z laudauerūt
deū dicentes: Ergo z
gentibus pniaz dedit
de⁹ ad vitā. Sed ās̄re
ab eis q̄ iā fideles erāt
dī venire formidolosa
laudatio/ cū lętā pon⁹
debeant venire: Dici/ A
m⁹ q̄ iō formidolosa
laudatio dī venisse a
iudęis fidelib⁹: qz de
vocatōe gentiū timēdo gaudebāt. Timebāt, ꝓpt repulsā syna
gogę: gaudebāt aūt laudātes deū de gētiū vocatiōe. Seq̄t:
t Digne eū. i. deū: v Inuenire nō possum⁹. i. mani/
feste apphēdere: qz q̄cq̄d d illo mō sentim⁹/ ex fide ē/ nōdū ex
specie. Sz tūc digne inueniem⁹ eū/ qñ p speciē ꝓtēplabimur.
j. Corꝛ. xiij. d. Uidem⁹ nūc p speculū i ęnigmate/ tūc aūt fa/
cie ad faciē. x Magn⁹ fortitudie z iudicio z iustitia
z enarrari nō pōt. Magn⁹ fortitudie ꝫ aduersarios. Unī
Luc̄. xj. c. Cū fortis armat⁹ custodit atriū suū/ i pace sūt oīa
q̄ possidet: si aūt fortior supueniēs/ vicerit eū: vniuersa arma
ei⁹ auferet. Itē magn⁹ est iudicio: qz electos suos ħ p aduersa
depmit/ q̄s postmodū in ętna gl̄ia extollit. Eccl̄i. xliij. d. Ter
ribilis dñs z magn⁹ vehemēter: z mirabilis potēcia ill⁹. Itē
magn⁹ iustitia i reprobos/ q̄s diu ħ tolerat: sz in fine ęternalit
dānat. Esa. xxviij. c. Erit eis ꝓbū dñi: māda remāda/ expecta
reexpecta/ modicū ibi/ modicū ibi: vt vadāt z cadāt retrorsū/
z ꝓterāt z illaqent̄ z capiāt. Ibi Glo. Quos diu vt puertant
tolerat/ nō puersos duri⁹ dānat. Bñ aūt dī: r Et enarra/
ri nō pōt. Sētiri em̄ siue ītelligi/ digne ñ pōt: q̄nto min⁹ di/
ci. Esa. liij. c. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit: Eccs. xj. b. Quō
igras q̄ sit via spūs/ z q̄ rōne cōpingant ossa i vētre pregnāt̄
. i. ꝓtutes in mēte pęnitētis: sic nescis opa dñi q̄ fabricator ē
oīm. y Ideo timebūt eū viri. i. sapiētes ad intelligētiā
diuinor̄ fortes. z Et nō audebūt ꝓtēplari oēs q̄ sibi
videt̄ ee sapiētes. i. arrogātes: q̄ licz docti/ nāto a dei luce
lōge fiūt/ quāto apud se būiles nō sūt. Jaco. iij. b. De⁹ sup/
bis resistit/ būilib⁹ aūt dat gratiā. Expo. Ca. XXXVIII

a Respōdens aūt dñs zc̄. Post dāna rerū/ post fu/
nera pignorū/ post vulnera corporis/ post ꝛba ma/
le suadētis vxoris/ post cōtumelios̄a dicta p̄solantiū/
post fortit̄ suscepta iacula tot dolor̄/ p tanta virtutū ꝓstātia
laudand⁹ a iudice fuerat iob: si iā de p̄senti sęc̄o esset euocan
dus. Sz qz adhuc ħ duplicia receptur⁹ erat/ z saluti ꝓstinę re
stituēd⁹/ vt reb⁹ redditis diuti⁹ vtar: ne p elatiōis gladiū illū
sua victoria sterneret: debuit eū oipotēs icrepare p districtā
iusticiā q̄ seruat ad vitā. Just⁹ q̄ppe fuit iob añ flagella: sz iu/
stior p⁹ flagella: vñ magꝛ laudād⁹ erat: sz ne robustissimū pe/
ct⁹ elatiōis tela cōfoderēt/ būiliand⁹ fuit. Unī cū dñs sup de
ipo dixisset: q̄ non ecēt ei similis vir sup ꝛrā: iā nulli⁹ hois cōpa/
tiōe poterat vinci: Jō dñs ex psona sua narrat ei ꝓtutel suas
sub interrogatiōe/ dicēs: Nūq̄d ꝓducis luciferū tpe suo: Et
mlta alia q̄ sol⁹ deus pōt: vt sic q̄ nulli⁹ hois cōpatiōe pote/
rat vinci/ cōpatiōe dei supek. Finita q̄ supba narratiōe heliu:
quā iob patięt audiuit: assumēs dñs ꝓbū ad iob: Primū re/
darguit heliu de ipitia: qz recta ñ recte sapuit/ nec ꝓtulit: q̄d
q̄dē vitiū iperitię ē: vt dic̄ Greg⁹. Deide vertit dñs ꝓba sua
ad eruditēdū iob. Et nota q̄ dñs de turbine loq̄t iob ꝓhibet:
qz loquit flagellato. Dicit q̄ Ridēs aūt zc̄. q. d. ita rīdit

beliu: iob aũt. i. sed. Dñs respõdẽs iob de turbine/dixit: a Quis est iste. s. beliu: inuoluẽs sentẽtias sermonib⁹ imperitis: q. d. qõ dixerit scio/ sed dicerẽ nescio. i. reprobo. In eo aũt q dicit simpliciter/ sentẽtias: t nõ addidit ꝗles: dat intelligere dñs q bonas sentẽtias locut⁹ ẽ beliu: sed inuolutas impitis sermonibus eas dicit: qz cũ verbis iactãtię p/latę fuerũt. Utrũ aũt dñs p semetipm an p angelũ sit ei locutus/ ambiguũ ẽ. Aliqñ em̃ p se dñs: aliqñ p angelũ loqt. Cũ p se loqt/ sola vi internę aspiratiõis/sine ỽbis et syllabis cor docet. Uirt⁹ em̃ diuina q̃ddã pond⁹ ẽ: vt dic̃ Greg⁹: qõ oẽm aĩam quã replet/leuat. Est t lumẽ icorporeũ/qõ et iteriora replet: t repleta exteri⁹ circũscribit. Uñ sine strepitu ẽ sermo dei: q t auditũ apit: t hẽ sonitũ nescit. Qõ aũt aduẽtu spũscti dr̃: Fact⁹ ẽ repẽte ð cęlo son⁹: Actꝯ. ij. a. Dicẽdũ q dñs p ignẽ exteri⁹ apparuit/t p semetipm int⁹ locutionẽ fec̃. Qñ ỽo p angelũ dñs loquit: aliqñ ỽbis: aliqñ reb⁹ loqt: aliqñ simul verb⁹ t reb⁹: aliqñ imaginib⁹ cordis ocłis ostẽsis: aliqñ cęlestib⁹ substãtijs: aliqñ terrenis: aliqñ simul cęlestib⁹ t terrenis: aliqñ etiã ita dñs p angelũ loqt vt ipe angel⁹ mẽtis obtutib⁹ p̃sentet: aliqñ etiã dñs p angelũ cordib⁹ nr̃is ỽtutẽ sue aspiratiõis infũdit: Sępe em̃ exteri⁹ nõ apparẽt: ꝫ sic sũt angelici spũs/volũtatẽ dei ꝓphetaꝝ sensib⁹ innotescũt. Potuit g̃ esse qñ dñs iob de turbine rñdit: q p angelũ fecit cõmotionẽ aeris/et formauit ỽba q̃ sequunt. Uel vtrũq p se fecit dñs sine mĩsterio angeli: sicut fecit cęlũ t terrã. Uel potuit esse q angel⁹ exteri⁹ in turbine excussit aerẽ: t p semetipm dñs vim sentẽtię suę cordi iob sine verbis impsit. b Accinge tc̃. Despecto beliu/dñs ad erudiẽdũ iob verba sua conuertit/dicẽs: Accinge sicut vir lũbos tuos: id est viriliter mẽte t corpe luxuriã restringe. Delectatio nãq carnis in lũbis est. Unde p̃dicatorib⁹ dicit Luc. xij. e. Sint lumbi vr̃i p̃cincti: t lucernę ardẽtes. i. luxuriã i vobis ꝑmo restringite: et tunc de vobis exempla bonor̃ operũ monstrate. Sed cũ iob tanta castitate fuerit p̃dit⁹: cur dicit ei post tot flagella: Accige sicut vir lũbos tuos. i. restringe sic̃ fortis luxuriã: Sed dicim⁹ q alia est luxuria carnis: alia luxuria cordis. Illa de corruptione carnis orit: ista de castitate t cęteris virtutib⁹ nascit. Donet g̃ dñs iob/ vt q̃ pus luxuriã corrupti/onis vicerat: nũc luxuriã elatiõis restringat/ne scz de patiẽtia vel de castitate supbiat. Uñ. j. Pet. j. c. State succincti lũbos mẽtis vr̃ę. c Interrogabo te: t respõde mihi. Trib⁹ modis interrogat nos de⁹: vt dicit Greg⁹. s. flagello/p̃cepto/exemplo. Primę interrogatiõi rñdet p patiẽtiã. Secũdę p obdiẽtiã. Tertię p sapiẽtiã. Iã duplici interrogatiõi dei rñderat iob: Nũc monet rñdere tertię: q̃si diceret ei: Cõsidera q̃ sup te sunt: q̃ dũ minime cõprehẽdis/q imperfect⁹ sis/t ꝓpe nihilũ cognoscis: t sic rñdebis si te ignorare intelligt. Primo g̃ dñs de origine mũdi mĩta interrogat/dicẽs: d Ubi eras qñ ponebã fundamẽta terrę: Ad litterã. q. d. scis tu rationẽ qua tra posita est t fundata. Ps. Qui fundauit terrã sup aqs. Esa. xl. c. Qui appẽdit trib⁹ digit molẽ terrę. s. xxvj. b. Qui appẽdit terrã sup nihilũ. Ergo tra nõ hz fũdamentũ. Solo. Fundamẽtũ dicit hẽ/eo q infimũ locũ inter elemẽta teneat: et qz firmi⁹ est cęteris elemẽtis. e Indica mihi si habes intelligentiã. i. si intelligis: f Quis posuit mẽsuras eius. s. terrę. g Si nosti: indica mihi. h Uel quis tetendit sup eam lineã/mẽsurantẽ: q. d. si nosti mẽsuras t lineas positas t extẽsas ad tram partitionẽ. Itẽ indica mihi: i Sup quo bases illi⁹. i. terrę: k Solidate sunt: id est quõ t in quo subsistat terra. l Aut ꝗs demisit lapidem angularẽ ei⁹. Hoc ad lram nõ exponit: p qõ patet q totũ mystice exponẽdũ ẽ. Ideo em̃/vt dicit Greg⁹/reb⁹ plenis ac patẽtib⁹/obscura quędã ac dissona ꝑmiscent: vt p hõ qõ ab intellectu litterę discrepat: etiã illud ingrat mystice/qõ dictum iuxta litteram so nat. Dicat g̃ d Ubi eras qñ ponebã fundamẽta terrę. i. p̃dicatores ecclię. De qb⁹ Ps. Fundamẽta eius. i. ecclię: in mõtib⁹ sanctis. i. in aplis. Ideo aũt dñs in ꝓncipio interrogatiõis cõmemorat iob/aplos: vt quãto illos mirabiles venturos cõspiceret: tanto in eor cõpatiõe de se humili⁹ sentiret. e Indica mihi si habes intelligentiã: Quis posuit mẽsuras ei⁹ si nosti: vel ꝗs tetendit sup eã lineã: Per mẽsuras t lineas qb⁹ terra partit/significãt occulta dei iudicia: quib⁹ in carne venies fines ecclesię distinxit: hanc relinquẽs i infidelitate: illã trahens ad fidẽ p p̃dicationẽ aplor̃. Lineas g̃ ecclesię t mensuras eius/tetendit dñs sup terrã: qñ apli agente spũsancto/in alijs ptib⁹ mũdi vocabant vt irent: ab alijs arcebant ne accederẽt: Sic legit Actꝯ. xvj. b. Tẽptabant apli ire in bithyniã: t nõ pmisit spũs ihesu. Et paul⁹ macedonię nolebat p̃dicare: et p visum apparuit ei vir macedo q̃ dixit: Trãsiens i macedoniã adiuua nos: Actꝯ xvj. b. Dũ g̃ paul⁹ ad macedoniã vocatur: t ab asia ꝓhibet: quid aliud/nisi q linea occultę mẽsurę ecclesię illic ducta est: hinc reducta: Illic ducta/vt macedonia ĩtra fines fidei comꝓhendat: hinc reducta/vt asia extra fines fidei reliquat. Itẽ lineas tetendit dñs sup terrã: qñ cuidã dicẽti: Magister seqr̃ te quocũq ieris: Respondit dñs: Uulpes foueas habẽt tc̃. Matth. viij. c. Alij dicenti: Dñe pmitte me ꝑmũ ire t sepelire patrẽ meũ: Respõsũ est: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: tu aũt vade t annũcia regnũ dei: Matth. viij. c. Hic vult sequi/t repellit: ille vult dimitti/et retinet. Uñ hoc nisi ex occulto dei iudicio: q extẽdens mẽsuras t lineas suas: hũc apprehendit t illũ dimittit: t quos cõprehendit alios dat aplos/alios ꝓphas/alios euangelistas: alios pastores: alios doctores: Eph. iiij. c. Itẽ. j. Corinth. xij. b. Alij dat sermonem sapiẽtię/alij ꝛmonẽ scięntię/alij fidẽ/ alij gratiã sanitatũ/ alij operationẽ ỽrtutũ/alij ꝓphetiã/alij discretionẽ spirituũ/alij genera linguar̃/alij interpretationẽ ꝛmonũ. Uñ hęc extẽsio linearũ spũalium: Deus scit/nõ hõ. Cur dr̃ ad iob: Indica mihi si hẽs intelligẽtiã: Quis posuit mẽsuras tc̃. nisi vt cõsiderãs q sol⁹ de⁹ ista mirabilia fec̃/suę virtuti nihil attribuat. Sequit: i Sup quo bases eius. i. doctores ecclesię/qui totam ecclesię fabricã sustinent: k Solidate sunt: supple nisi sup me: qui sum fundamentũ ecclesię. j. Corinth. iij. c. Fundamentũ aliud nemo potest ponere/ p̃ter id qõ positũ est/christus iesus. l Aut quis demisit: id est de alto misit: m Lapidem angularẽ eius: id est christũ: qui duos populos quasi duos parietes ecclesię in se iunxit. Eph. ij. c. Ipse est pax nostra/qui fecit vtraq vnum. De hoc lapide dicit Ps. Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificantes/ hic factus est in caput anguli. Esaię. xxviij. d. Ecce ego mittam in fundamẽtis sion lapidẽ angularẽ/probatũ/ꝑciosum/ in fundamẽto fundatũ. n Cum me laudarent simul astra matutina/ cũ vesperinis. i. angeli cũ electis homib⁹. Simul em̃ angeli t homines incarnato domino laudauerunt deũ. Homines: quia viderunt se redimi. Angeli: quia viderunt suum numerũ impleri. Dicunt autẽ angeli astra matutina: qz primi in tempore creati sunt. Uel quia missi ad homines exhortandos/mane gratię nũciant. o Et iubilarent oms filij dei: id ẽ homines electi. Greg⁹. Jubilatio est: cũ cordis lętitia oris efficacia non explet̃r: sed quibusdam modis gaudiũ prodit: qõ gaudens nec tegere potest nec exprimere. Bene autẽ dicunt laudare angeli/t homines iubilare: quia angeli iam vident latitudinẽ claritatis/et nullas patiunt angustias: homines ỽo adhuc oris sui angustias sustinẽt. Hęc quasi iam facta narrat domin⁹: qz futura ꝓuiderat. Quia ỽo

Ps. 135.

7. 40. a.

Ps. 117.

de profectu ⁊ gaudio bonor excitant mali ad rabiem furoris: quos tamē dñs restringit: recte de his consequenter dicitur:

a Quis conclusit ostijs mare ⁊c. Mare/est cor impij vel seculū. Esa.lvij.d. Impij q̄si mare feruens/q̄ quiescere non potest. Ostia/doctores vel p̄dicatores vel miracula vel lex: Nubes/ignorantia: Pānī infantię/impedimēta strictię: Uectis/christ⁹. Itē ostia doctores vel virtutes: Mare/seculum: Vulua/seculi origo vel occulta et maliciosa carnalium cogitatio. Per hanc vulua mali cōcipiūt: qñ mala cogitāt. Per eandē pariunt: quando mala q̄ cogitauerūt operant vel loquunt. Dicit q̄ dñs:

a Quis conclusit ostijs mare quādo erumpebat quasi de vulua p̄cedēs: cū ponerem nubē vestimentū eius: ⁊ cālig̃ine illud quasi pānis infantię obuoluerem: Circūdedi illud terminis meis: et posui vectē et ostia/et dixi: Hucusq; venies: et non p̄cedes amplius: et hic cōfringes tumentes fluctus tuos. Nūquid post ortum tuum p̄cepisti diluculo: et ostenduisti aurorę locū suū: Nūqd tenuisti cōcutiēs extrema trę: ⁊ excussisti impios ex ea: Restituet vt lutum signaculum: ⁊ stābit sicut vestimētū. Auferetur ab impijs lux sua: et brachium excelsum cōfringet.

Quis conclusit.i.vndiq; clausit: b Ostijs/ablatiui casus.i.p̄dicatoribus vel miraculis: c Mare.i.seculū vel corda iniquor: d Q̄n erūpebant quasi de vulua: id est de occultis cogitatiōibus in mīnas ⁊ verbera exeundo: e Cū ponerē nubē/ignorātię ⁊ inquietudinis. f Uestimentū ei⁹.s.maris.i.seculi/vt nō videret q̄d ageret/sanctos opprimēdo. g Et caligine.i.ignorantia/vel infirmo sensu: b Quasi pannis infantię illud obuoluerē: ne posset facere q̄ vellet. Pānos infātię dicit: quib⁹ pedes ⁊ brachia infantiū ligantur/ne huc atq; illuc dissoluta libertate iactent: Sic dñs maliciā seculi cōtra sanctos cohibuit/ne posset ppetrare q̄ cogitauit. Unde s.v.b. Qui dissipat cogitatiōes malignor/ne possint implere man⁹ eor q̄ cepāt. Cū hęc facerē: i Circūdedi illud.s.mare. k Termis meis.i.dispōsatiōe iudicior/q̄ dñs iras psequētiū modificauit. l Et posui vectē ⁊ ostia. Per ostia p̄dicatores: Per vectē christus: q; sicut vectis ostijs dat firmitatē: ita christ⁹ aplis ⁊ p̄dicatorib⁹ cōtra sequentis maris impetū tribuit firmitatem. m Et dixi: Hucusq; venies/⁊ nō p̄cedes amplius/vltra vires electos affligendo. Fidelis em̄ deus est q̄ nō patit suos supra id q̄ possunt temptari: sed dat cū temptatiōe prouentū/vt possint sustinere.j. Corinth.x.c. n Et hic: id est in vecte isto.i.in fide christi: o Cōfringes tumētes fluct⁹ tuos.i.supbos psecutores tuos. Cognita em̄ fide christi: ipsi psecutores/cōuersi sunt ad fidē. p Nūquid post ortum tuū p̄cepisti diluculo.i.p̄mittię ecclesię: vt.s.esset. q Et ostēdisti aurorę.i.militāti ecclesię: r Locū suū/futurū: in q̄ est p̄fecta visio claritatis ęternę/siue diuinę: supple sicut ego: q.d. nō. Christ⁹ em̄ post natiuitatē suā electos suos ad videndū locū suū fide illuminauit: q̄ etiā ⁊ ante ortū suū fecit: sed paucos sic illuminauit. Locū quippe suum videbat

Ps.41. Ps.cū diceret: Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū: q̄n veniā ⁊ apparebo ante faciē dei. Item locū suū iam viderat paulus/cum dicebat: Desideriū habēs dissolui ⁊ esse cum christo: Phil.j.d. Item ibidē: Mihi viuere christ⁹ est: ⁊ mori lucrū. Breuiter locū suū aurorę monstrauit dñs/cū dixit: Ubicūq; fuerit corpus/illic congregabuntur ⁊ aquilę: Matth.xxiiij.c. s Nūquid tenuisti ⁊c. Multis mōis exponit hoc. Primo de iudea/quā dñs tenuit ⁊ cōcussit: q; alienigenis regibus qui eā oppримebāt subiecit: ⁊ ex ea impios excussit/et a gloria legalis sacrificij repulit. Nō em̄ extra hierusalē poterāt sacrificia celebrare ppter illā legem Deut.xij.b. Caue ne offeras holocausta in omī loco quē videris: sed in eo quē elegerit dominus in vna tribuū tuar. Ideo dicit Osee.iij.b. Dies multos sedebūt filij israel sine rege/⁊ sine principe/⁊ sine sacerdotio/⁊ sine altari/⁊ sine ephot/⁊ sine theraphin. Dicit q̄: Nūquid tenuisti cōcutiens extrema terrę: id ē iudeā i extremis tempor⁹ cōcussisti timore ⁊ alienigenar subiectione: v Et excussisti: id expulisti: x Impios: id est iudeos/fidē christi recipe renuētes: y Ex ea/iudea scz.q.d.non: sz ego. Uel extrema terrę tenuit dñs: q; extremos iudeę.i.būles piscatores assumpsit. Unde.j. Corinth.j.d. Uidete vocationē vestrā fratres: q; nō m̄lti sapiētes sm̄ carnē/nō multi potēs/nō multi nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus vt confundat fortia. t Cōcutiēs/hic dicit: q; quos elegit dñs/pio timore terruit. Uel q; p eos potentes seculi cōfudit: sicut dicit i p̄dicta auctoritate apli. Dicit q̄

s Nūqd tenuisti cōcutiēs extrema trę.i.nūqd elegisti i firmos mūdi eos pio timore terrēs: ⁊ p eos potentes seculi cōfundens: q.d. nō: sz ego.

v Et nūqd excussisti ex ea impios.i. ex iudea scribas ⁊ pha

Vt. tēdentes

riseos: q.d. non: sed ego. Gen.xlix.a. Symeon et leui/vasa iniquitatis bellātia: diuidā eos i iacob: ⁊ dispergā eos i isrl. Ibi Glo. Per hos scribę et phariseī ⁊ sacerdotes intelligūt. De symeone em̄ scribę: ō leui sacerdotes fuerūt: q̄ cōsiliū inierūt vt iesum morti traderēt. Joh.xj.f. Tertio modo exponit de ecclesia: cui⁹ extrema dñs sub antichristo cōcutiet: ⁊ nō tenēs quosdā nō deseret: a q̄ tūc cūcti impij q̄ mō specieten⁹ int⁹fuerūt exibūt. Dicit q̄: s Nūquid ⁊c. i.nūqd sub antichristo extremā ptē ecclię cōcutiens tenuisti/nō deserens oīno: Et excussisti ipios ex ea. q.d. nō: sed ego. Quarto mō exponit de peccatorib⁹ i fine vitę reuertētib⁹: q̄s timore pcutit vt pęniteant: et cōuersos tenet ne recidāt: ⁊ oīs mor⁹ impios ab eis excutit. Et hoc est: Nūquid tenuisti cōcutiens extrema terrę.i.nūqd peccatores i extremis suis terruisti ad pęnitentiā: ⁊ cōuersos tenuisti ne recidērēt: v Et excussisti impios/mor⁹. y Ex ea .s.terra.i.aia eor q̄ dicit tra: q̄ imbre gratię ⁊ doctrinę irrigata: fructū reddit deo. Heb. vj.b. Terra sup se venientē bibens imbrē ⁊ generās herbam oportunā his a quib⁹ colit accipit būdictionē a deo. z Restituet vt lutū signaculū/p circūcisionē.i.pplus iudaic⁹ miraculis ⁊ scientia repletus: fact⁹ signaculū dei: fiet vt lutū reuertēs ad peccata ęgypti: vbi seruiuit in luto ⁊ latere. Numeri.xiiij.a. Cōstituam⁹ nobis ducē ⁊ reuertamur i ęgyptū. Exo.i.c.

a Et stabit sicut vestimentū: q̄ tm̄ extern⁹ corpi inhęret: Sic ꝑplus iudaic⁹ p exteriores obseruātias tm̄ deo inhęsit: sed p charitatis intelligentiā nō adhesit: litteram legis tenēs: sed spm̄ nesciēs. Un̄ sequit: b Auferet ab impijs lux.i.a iudęis legis itelligētia. Matth.xxj.d. Auferet a vob regnū dei.i.sacra scriptura: ⁊ dabit genti faciēti fructus eius. Causam hui⁹ assignat Greg⁹. Judęi inq̄t/q; veritati credere renuerunt: cognitionē legis in ppetuū amiserūt: et dum de accepta lege supbiunt: nimirū de sciētię sue gloria exęcant. Un̄ scriptū est: Obscurenk oculi ne videāt. Et Joh.ix.g. In iudiciū ego in hūc mūdū veni: vt qui nō vident videāt: ⁊ qui vident cęci fiant. Itē quia de opibus legis se extulerūt: recte subdit: c Et brachiū excelsum cōfringet: id est supba operatio legis reprobabit p̄dicata fidei gra. Roma.iij.c. Ex opibus legis nō iustificabit ois caro. Aliter ab illo loco: z Restituet vt lutū signaculū/ppt characterē baptis/malē.i.q̄ mō fideles videnk/type antichristi hostes fidei inuenienk: Et qui nō tēptati/apparent esse signaculū: tēptati inuenienk lutū. a Et stabit sicut vestimentū: id est in malo psistet breui tempore: q; cito sicut vestis veterascet. Uel stabit sicut vestimentū.i.nō stabit. Uestis em̄ induta ⁊ p corpus tensa stare videt: exuta ꝑo fracta complicat: Sic q̄libet malus dum erat in ecclesia stabat: et postmodū eruitus cōfractus ⁊ abiectus iacet. b Auferet ab impijs lux: fidei/quā male viuendo tenuerūt. c Et brachiū excelsum cōfringet.i.antichrist⁹ cōteret.q. Thessal.q.b. Tūc reuelabit ille iniquus: quē dñs iesus interficiet spū oris sui: et

Ps.44. Ps.44.

destruet illustratiõe aduẽt⁹ sui. a ¶Nũqd ingress⁹ es ꝓfũdũ maris/ꝙ cognitionẽ: b ¶Et i nouissimis abyssi deambulasti/ ꝙ inuestigationẽ: q. d. nõ: qz hmõi soli deo nota sunt. Mystice: Incarnatio christi: et descensus ad inferos ꝓphetat hic. Dicit g̃ dñs ad iob: a ¶Nũqnid ingressus es ꝓfundum maris. i. labores ꝛ erumnas seculi: sicut ego ꝙ carnis assumptionẽ: b ¶Et in nouissimis abyssi. i. inferni: c ¶Deambulasti: supple sic̃ ego: qui inde extraxi electos: Zach ix. c. Tu q̃z in sanguie testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu i quo nõ est aqua. Sed nũquid descendit dominus ad inferni nouissima: Constat qõ non: quia inde nullũ extraxit. Solo. Respectiue intelligit: sicut ẽ. xv ij. d. In ꝓfundissimũ infernũ descẽdent oĩa mea. d ¶Nũquid aptę sunt tibi portę mortis. i. potestas dęmonũ facta est tibi quia/sicut mihi: q. d. nõ. e ¶Et ostia tenebrosa. i. claustra inferni: f ¶Uidisti/sicut ego: q. d. nõ. Christ⁹ em̃ potestatẽ dęmonũ ꝙ mortẽ supando apuit: ꝛ claustra inferni penetrãdo vidit. Dicunt etiã ipi dęmones ostia tenebrosa: qz ꝙ occultas ĩsidias mẽtib⁹ decęptis viã mortĩ apiũt. Quę tenebrosa ostia dñs videt: qz fraudulentiã dęmonũ cog̃scit: Et nos videre facit: qñ supnę lucis radijs nos illustrat. Unde Ps. Dñs mihi adiutor: et ego videbo inimicos meos. Littera nr̃a dicit: Et ego despiciã ĩimicos meos. Et qz post mortẽ ꝛ resurrectionẽ christi/creuit ecclesia in cũctis gentib⁹ dilatata: Bene subdit: g ¶Nũquid cõsiderasti latitudinẽ terrę. i. eccl̃ię: Esaię liij. a. Dilata locũ tentorij tui/ꝛ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extende: Ne parcas: Longos fac funiculos tuos/ꝛ clauos tuos ꝓsolida. Ad dexterã em̃/et ad lęuã penetrab: ꝛ semẽ tuũ gẽtes hereditabit: ꝛ ciuitates desertas inhabitabit. Moraliter. a ¶Nũquid ingressus es ꝓfundũ maris. i. cor peccatoris ꝙ cognitionẽ: q. d. non. Hiere. xvij. b. Profundũ est cor homis ꝛ inscrutabile: ꝛ q̃s cognoscet illud: Solus de⁹. b ¶Et in nouissimis abyssi deambulasti. i. latẽtia vitia hũanę mẽtis calcando ꝙ te repssisti/sicut ego: q. d. nõ. Greg⁹. Mare ẽ mẽs hũana: cui⁹ ꝓfundũ deus ingredit: qñ ꝙ cognitionẽ suã ad lamẽta pnitẽtię pturbat. Et ĩ nouissimis abyssis ambulat: qñ mẽtes despatissimas visitatiõis suę vestigijs tãgẽdo reformat. d ¶Nũquid aptę sunt tibi portę mortis. i. intĝ cogitatiões/quę ducunt ad interitũ tibi sunt manifestę: e ¶Et ostia tenebrosa vidisti. i. latẽtia cordis vitia cognouisti: q. d. nõ: qz hmõi soli deo nota sũt: q̃ occulto respectu gr̃ę destruit ea: sicut dr̃ Prouerb. xx. b. Rex q̃ sedet in solio iudicij sui: intuitu suo dissipat oñe malũ. Quia ꝺo omne vitiũ animã angustat: virtus ꝺo dilatat: post destructa vitia/recte subiũgit: g ¶Nũquid consideraſti latitudinẽ terrę. i. dilatationẽ animę iustę siue bonę cõsciẽtię: quã etsi exteri⁹ ꝑ̃na angustat: interi⁹ tñ charitas dei dilatat. Hanc latitudinẽ habuit dauid Ps. 4. inter angustias/cũ diceret: In tribulatiõe dilataſti mihi. Hãc eandem monebat apl̃s. ij. Cor. vj. c. Dilatami et vos: et nolite iugũ ducere cũ infidelib⁹. Sic dilatati fuerãt apl̃i inter angustias: q̃ flagella in gaudiũ ꝓuertebãt: qz ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij ꝛc. Act. v. g. Hãc mẽtis latitudinẽ solus deus cõsiderat: ꝓpter qõ g̃rit: Nũqd cõsiderasti latitudinẽ terrę. q. d. nõ. Uel ideo iob ingrit: vtrũ latitudinẽ tr̃ę cõsiderauerit: vt. s. exẽplo alienę latitudinis hũiliet. Seq̃t: h ¶Indica mihi ꝛc. Difficilis ẽ g̃stio hęc quã facit dñs iob: Sz ꝟ fit/vt iob hęc ignorãs/idẽ de se sentiat. Per lucẽ/iustĩa: ꝙ tenebras/iniq̃tas designat. Uñ q̃busdã ꝓuersis ab iniq̃tate sua dr̃ Eph. v. b. Eratis aliq̃n tenebrę: nũc aũt lux in dño. Dicit ergo beato iob: Indica mihi si nosti oĩa. i. si plenã scientiã te hãe suspicaris. i ¶In q̃ via habitet lux. i. cui⁹ mentẽ iustĩa veniẽs ipleat. k ¶Et tenebrarũ q̃s sit loc⁹. i. ĩ quo

l sit: vt ducas vnũquodq; ad
m terminos suos: et intelligas
n semitas domus eius. Sciẽ
bas tũc q̃ nasciturus esses:
o ꝛ nũmerũ dierũ tuorũ noue
p ras: Nũqd ingress⁹ es the
q sauros niuis: aut thesauros
r grãdinis aspexisti: q̃ ꝑparaui i
s tẽs hosti: ꝛ i diẽ pugnę ꝛ bel

iniq̃tas cęca ꝑduret. l ¶Ut ducas vnũquodq; ad termios suos. i. vt dijudices si iste q̃ nũc iniqu⁹ ẽ: ĩ iniq̃tate vitã finiat: ꝛ is q̃ iust⁹ cernit/in iustĩcia sua moriat. Hoc nescit hõ viuẽs. Eccl̃s. ix. a. Sũt iusti atq; sapiẽtes ꝛ opa eoꝝ ĩ manu dei sũt: ꝛ tñ nescit hõ/vtrũ amore an odio dign⁹ sit. m ¶Et itelligas semitas domꝰ ei⁹. i. merita actionũ: q̃b⁹ itur ĩ cęlũ vel in infernũ. Hęc latent sens⁹ hoĩs. Unde Prouerb. xx. d. Quis hominũ poterit intellige re viam suam. Greg⁹. Quis hoĩm ista discutiat: q̃s ista saltẽ imꝑterrit⁹ audiat. Uidemus em̃ q̃tidie iusti cię luce resplẽdẽtes: et tñ ad finẽ suũ neq̃cię obscuritate tenebrant: ꝛ inĩtos cernim⁹ pctõꝝ tenebris obuolutos: ꝛ iuꝝ vitę suę terminũ repẽte reddi iustĩcię. Uidem⁹ q̃ illa deo aduersa gentilitas iustĩcię luce pfusa ẽ: ꝛ iudea dudũ dilecta pfidię nocte cęcata. Scim⁹ q̃ latro ò patibulo trãsiuit ad regnũ: iudas de apl̃at⁹ gl̃ia ẽ lapsus ad tartaꝝ. n ¶Scẽbas tũc q̃ nascitur⁹ esses: q. d. nõ. Nõ est g̃ mirũ si nescis terminũ tuũ: qz nescis initiũ. Non g̃ debes extolli in his quę agis/quãdo huc venisti vel quãdo exibis. Uel sic: Scis tũc q̃ nascitur⁹ esses: supple vt ego: q̃ me nasciturꝰ ꝓnouit: qz añ eram vt de⁹: o ¶Et numerũ dierꝰ tuoꝝ noueras. i. quãtũ viatur⁹ esses: q. d. nõ. Eccl̃s. ix. c. Nescit hõ finẽ suũ. p ¶Nũqd ingress⁹ es thesauros niuis ꝛc. Per thesauros niuis/ frigida corda pctõꝝ intelligunt: Per thesauros grãdinis/dura corda ꝓuoꝝ: q̃z moriꝫ q̃si armis suis pugnat diabol⁹ ꝫ electos. Uñ ꝛ bñ sequit: r ¶Quę ꝑparaui i tẽs hosti: ꝛ i diẽ pugnę ꝛ belli: Et dicũt thesauri/nõ g̃ ad se: sz q̃ ad bonos/q̃s affligendo purgãt. Diẽ g̃: Nũqd igress⁹ es thesauros niuis/ꝙ cognitionẽ. i. nũqd nouisti frigidos pctõres: q ¶Aut thesauros grãdinis aspexisti. i. dura corda ꝓuoꝝ nouisti: r ¶Quę ꝑparaui in tẽs hosti. i. diabolo: vt ꝙ eos electos ĩpugnet et purget: s ¶Et in diẽ pugnę ꝛ belli. Pugnę/q̃ ad carnales ꝓcupiscẽtias: Belli/q̃ ad spũales negcias: qz ꝫ vtraq; oportet pugnare. Eph. vlti. b. Nõ ẽ nob colluctatio aduers⁹ carnẽ ꝛ sanguinẽ: supple tñ: ꝫ aduersus ꝓncipes ꝛ ptates/aduers⁹ mũdi rectores tenebraꝝ harũ: ꝫ spũalia negcię ĩ cęlestib⁹. Alit ĩ bono. Per niuẽ ꝛ grandinẽ/frigida vel dura corda ꝓuoꝝ ĩtelligunt: sicut dictũ est: inter quos multos electos repositos nouit dñs: ꝓpter q̃ ò in niue vel in grãdine thesauros habere se dicit: q̃ absconditũ est hoĩb⁹. Ideo dic̃ dñs: p ¶Nũquid ingressus es thesauros niuis: aut thesauros grandinis aspexisti: i. quos iter duros ꝛ frigidos pctõres fieri ꝓdicatores elegerim/ cognouisti: q. d. nõ: qz hmõi soli deo nota sunt. In natura niuis/mãsuetudo: in grãdine ꝺo libera correctio ꝓdicatoꝝ signat. Mix em̃ suauiter cadit: grãdo ꝺo veniens/ percutit: sz liquata infundit: Sic ꝓdicatores cõmĩãdo feriũt/blandiẽdo infundũt. Uñ Ps. Uirtutẽ terribiliũ tuoꝝ Ps. 144. dicent: ꝛ magnitudinẽ tuã narrabũt/ Ecce grãdo feriẽs. Itẽ: Memoriã abundãtię suauitatis tuę eructabũt: ꝛ iustĩcia tua exultabũt/ Ecce grãdo liq̃ta infũdẽs. Et qz ꝙ hos fides ꝓtra aduersarios defendit: Ideo seq̃t: r ¶Quę ꝑparaui i tẽs hosti: impugnãtis fidẽ/vel corrũpentis mores: s ¶Et i diẽ pugnę ꝛ belli. Pugnę/quo ad impugnationẽ morũ. Belli/quo ad impugnationẽ fidei. Unde Hieremias missus ẽ vt Hiere. i. c. ędificet ꝛ plantet. Edificet quidẽ mores: plãtet fidem. Bene ergo dicit ad iob: Nũquid thesauros niuis ingressus es: aut thesauros grãdinis aspexisti: quę ꝑparaui in tẽpus hostis: et in diẽ pugnę ꝛ belli: Ac si aperte diceret: nulli te de operib⁹ tuis ꝑferas: qz de his quos adhuc ꝙ culpã frigidos itueris: q̃ntos operatores iustĩcię ac defẽsores fidei sim factur⁹/ignoras. Quod quia per aduentum mediatoris factũ ẽ: Sequit.

a Per quã viam spargitur lux ꝓdicationis: Per illũ
Job.14.a. scz qui dicit: Ego sum via/veritas ⁊ vita. Per hanc viam lux spargit: quia ꝑ eius ꝓsentiam gentilitas illustrat. Cõuenien/ter autẽ dixit: Spargit: quia nõ anguste sed late fulgens lux ꝓdicationis emicuit ꝑ apostolos ⁊ sequaces eox. Unde Ps.
Ps.18. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. Et Warci vlti.d. Illi autẽ ꝓ/fecti ꝓdicauerũt vbiq; ⁊c. Quia ꝙo sparsa luce/iardescit vis amo/ris/trãsacta mala an/xie lugens: vel futura bona flagrãtissime re/quirens/competenter adiungit: b Diuidit ẽstus: id est gra/tia ẽsuans: c Super terram: id eccl̃iã: quia sparsa luce ꝓdicationis/facta est diuisio gratiaꝝ/vnanimiter omnes accẽ/dens. j. Corinth. xij.a. Diuisiões ꝙo gratiarũ sunt: idem autẽ spiritus. Et diuisiones administrationũ sunt: idem autẽ dñs. Et diuisiones operationũ sunt: idem autẽ deus/ qui operat omnia in omnib⁹: diuidens singulis ꝓut vult. Uel sparsa luce diuidit ẽstus super terrã: qz vt lux ꝓdicatiõis inclaruit/ statim rabies ꝓsecutiõis eccl̃iã vbiq; dispersit. Unde Act̃. viij.a. Facta ẽ in illa die ꝓsecutio magna ĩ eccl̃ia ꝙ erat hierosoly/mis: ⁊ oẽs dispersi sũt ꝑ regiones. Uel ꝑ lucẽ/gratia: ꝑ ẽstum/ temptatio: ꝑ terrã/anima designat. Quẽrit ergo dominus a Iob: a Per quã viam spargit lux: id est dic/quo ordi/ne/vel quib⁹ meatibus infundit cordi humano gratia: Nescit hoc homo. Joh. iij.a. Spiritꝰ vbi vult spirat/⁊ vocẽ eius au/dis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Itẽ dic: Per quã viam. i. quo: b Diuidit ẽstus sup terrã: id est tempta/tio sup animã. Et bene sparsa luce dicit diuidi ẽstus: qz crescẽ/te gratia/crescunt ⁊ temptamẽta. Unde Gregoriꝰ. Post lucẽ ẽstus sequit: quia post illuminationẽ diuini muneris/tempta/tionis ardor auget. Recte autẽ dicit diuidi ẽstus: qz nõ oms vno/ vel singuli omnibus viris temptant: sed quilibet tem/ptat vitio magis sibi vicino. Unde Gregoriꝰ. In temptatio/nis ardore callidꝰ/hostis singulis insidians/vicinos moribus laqueos abscondit: Lętis eñ ꝓponit luxuriã: tristibus/iram: timidis/terrores: elatis/laudes: ⁊ sic de alijs. Et qz crescente malorum ꝑsecutione/creuit eccl̃esię ꝓdicatio: recte subditur:
d Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum: id est ꝓdicationi accessuz vsq; ad cor: supple nisi ego: De quo cursu
Ps.147. dicit in Ps. Velociter currit sermo eiꝰ. Est aũt imber/vehe/mens ꝓdicatio/ꝙ monet credere credẽda: vehemẽtior/ꝙ mo/net facere facienda: vehemẽtissima/quę monet consilia imple/re: ⁊ se/⁊ sua/et suos: non solũ deserere: sed ⁊ cõtemnere ꝓpter deũ: vt est illud: Si quis vult venire post me/abneget semet/ipsum ⁊c. Matth. xvj.d. Hic imber aliquãdo est/sed cursum non habet: qz ꝓdicatio ad aures venit: sed cessante gratia/ad corda audiẽtiũ nõ ꝑtrãsit. Ideo rogat apls. ij. Thessal. iij.a. Decętero rogate frẽs ꝑ nob/vt sermo dei currat. e Et viã sonanti tonitrui/ datiuꝰ est: supple ꝙs dedit/nisi ego: Per tonitruũ/intelligit ꝓdicatio supni terroris: quo sonante/in au/ribꝰ/corda ꝙtiunt: et hoc sola gratia dei faciente: Ideo domi/nus se dare viam sonanti tonitrui asserit. Aliquando etiã per tonitruũ ipse christus accipit: qui ex antiquoꝝ patrũ cõueni/ente ꝓphetia/quasi ex nubiũ cõcursione nobis ꝓlatus est: qui terribiliter inter nos apparẽs insonuit/⁊ terribilius insonabit. ꝙ. xxvj.d. Quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri: Unde ⁊ apostoli de eiꝰ gratia generati/ boanerges: id est filij tonitrui sunt vocati: Marci. iij.b. Huic tonitruo viam dedit dominus: quia ꝑ terrorem ꝓdicationis eius/corda audientiũ compunxit. Quid aũt accępta via/imber atq; tonitruus ęge/rit/subdit: f Ut plueret super terram: supple quę est:
b Absq; homine in deserto: vbi nullus mortalium cõmoratur. q. d. ideo dedit dominus cursum imbri/⁊ viam tonitruo: Ut plueret: id est pluuia ꝓdicationis caderet:

g Super terrã: quę est: b Absq; homine in deser/to: id est sup gentilitatem desertam a deo/diu/quę fuit absq; cultore dei. i Ubi nullus mortaliũ cõmoratur: id est nullus homo: quia gentes sine fide: non homines/sed be/stię sunt. Hiere. iiij.f. Intuitus sum/ et ecce non erat homo.

a li: Per quam viam spargi/
b c tur lux: diuidit ẽstus super
d terrã: Quis dedit vehemen/
e tissimo imbri cursum: ⁊ viam
f sonanti tonitrui: vt plueret
g h super terram absq; homine
i in deserto/vbi nullus morta/
k lium cõmoratur: vt implẽret
l m inuiam et desolatam: ⁊ prõ/duceret herbas virentes:
n Quis est pat̃ pluuię: vel ꝙs
o genuit stillas rozis: De cu/
p ius vtero egressa est glacies:
q et de cęlo gelu quis genuit:

Hanc tamẽ terrã de/sertam/ diuiso ẽstu: id est dispersa fidelium ꝑsecutiõe in iudea/do/minus pluuia ꝓdicati/onis compluit. Esaię xlj.e. Ponam desert/tum i stagna aquarũ: et terram inuiam in ri/uos aquarum: Dabo in solitudinẽ cedrum ⁊ spinam/⁊ myrtum/⁊ li/gnũ oliuę. Item Esaię. xliij.a. Effundam aquam sup sitien/tem: ⁊ fluenta super aridam: ⁊ germinabũt inter herbas qua/si salices iuxta ꝓterfluẽtes aquas. Uel sic: Terra deserta est/ qui corde non accipit verbũ dei. Quę terra deserta nõ habet hominẽ: id est sensum rationis: vel si aliquãdo est/nõ ibi com/morat: Et tamẽ tales sępe cõpungit ⁊ implet: Unde sequit:
k Ut impleret inuiam et desolatam: scz gentilitatem quę fuit inuia: quia ꝓdicationi non paruit: ⁊ desolata sine ra/tione consilij ⁊ fructu boni operis. Sed dominus dedit cur/sum imbri vehementissimo/⁊ viam tonitruo sonanti: vt im/pleret/fidelibus: l Inuiam ⁊ desolatam/ gentilitatẽ scz. Unde Esaię. liij.a. Multi filij desertę magis q̃ eius quę habebat virũ: id est synagogę. m Et produceret her/bas virentes: id est fidei doctrinam/vel opera bona. Bene iter ergo domin⁹ exteriori ꝓdicationi internam aspirationẽ contulit: vt corda gentilium ꝓrius arentia virescerent: clausa patefierẽt: inania implerentꝰ: infecunda germinarẽt. Et best:
Quis dedit vehementissimo ⁊c. vsq; huc: n Quis est pater pluuię: id est gratię vel ꝓdicationis: o Uel quis genuit stillas rozis: id est doctrinę facilis ⁊ suauis: supple nisi ego: Quia omnis sapientia a domino deo ẽ. Eccl̃i. j.a. Et Jaco. j.c. Omne datum optimũ: ⁊ oñe donũ ꝑfectũ desursum est descendens ⁊c. Unde Esaię. xl.b. Super montẽ excelsum ascende tu qui euangelizas sion ⁊c. Ibi Glo. id est sup christũ: vt nihil annũcies nisi qđ a christo habes. Sicfe/cit apostolus. j. Thessal. ij.c. Cum accepisseris a nobis ver/bũ: id est quod audiui a deo/ et accepi/ auditus dei: accepi/stis illud nõ vt verbum hominũ: sed sicut est vere verbũ dei: qui operat in vobis qui credidistis. De hac pluuia ⁊ de hoc roze dicit Deut. xxxij.a. Cõrescat in pluuiã doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meũ. p De cuius vtero egressa est glacies: supple nisi de meo: Per glaciẽ intelligit plebs iudaica corpore infidelitatis constricta: quã olim domin⁹ in/tra sinũ gratię sue quasi mater in vtero portauit. Esa. xlvj.a. Audite domus iacob: et omne residuum domus israel: qui portamini a meo vtero: et gestamini a mea vulua. Sed cum ꝑ maliciam suam plebs iudaica gratiam dei amisit: quasi gla/cies de vtero creatoris exiuit. j. Joh. ij.c. Ex nobis prodie/runt: sed ex nobis nõ erãt. q Et de cęlo gelu quis ge/nuit: supple nisi ego: Nomine cęli/ antiqui patres accipiunt: ꝙ gelu/pontifices iudęoꝝ/corpore pfidię frigidi. Quia ergo de sublimi ꝓgenie antiquoꝝ patrum ꝓcesserunt pfidi pon/tifices iudęoꝝ: de cęlo gelu exiuit. Cũ eñ caiphas de abra/am natus est: qđ aliud/nisi gelu de cęlo ꝓcessit: Quod tamẽ gelu dñs dicit genuisse: quia oẽs bonos cõdidit per naturã: qui tamẽ per malicią frigidi ab eo exierunt. Uel nomine cęli ad litteram: cęlum empyreum accipit: per gelu sathan mali/cia frigidus: quem domin⁹ bonum creauit: Gelu de cęlo exi/uit: id est sathan: de cęlestibus ad ima corruit. Dicit ergo: Et de cęlo gelu quis genuit: id est sathan de cęlo caden/tem/quis condidit: supple nisi ego: Domin⁹ enim nature con/ditor est/non culpę. Sed quia corda iudęoꝝ olim mollia ⁊ fidei penetrabilia/obstinatione indurata sunt: recte subditur:

